

Cleomachus, Κλεόμαχος, Magnesius pugil, qui in cinædi enjusdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inventor fuit Sotades, postea Alexander Ætolus, sed in soluta oratione, Lysis etiam adhibito cantu. Author Strabo.

Cleombrötus, Κλεομένης, Pausanias filius Lacedæmoniorum dux, qui timens ne videretur cum Epaminonda hoste sentire, temere cum eo pugnavit, sèque & patriam in præcepis dedit; nam & ipse vulneratus occubuit, & exercitus delectus est. Fuit & alter hujus nominis, Academicæ scæta philosophus, qui quum libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem astruit, relegisset, scipsum ex sublimi saxo præcipitavit, ut citius ad beatorum cœtum perveniret. Cic. in Tusc.

Cleomedes, Κλεομήδης, Astypalæensis pugil fuit, incredibili corporis robore, qui quum Epidaurum quendam pugilem interfecisset, viatoræ præniis fraudatus, doloris impatientia insanus factus est: Astypalæamque reversus, se in puerorum ludum recepit, apprehensamque manu columnam, cui testum innitebatur, medium confregit, plurimisque pueros ruina recti opprescit. Quamobrem quum ad supplicium peteretur, se in sepulchrum quoddam conjecit, adductumque operculum intus tanta vi retinuit, ut ne à multis quidem simul ad intentibus potuerit revelli. Conciso deinde ferramentis se pulcro, Cleomedes neque vivus inventus est, neque mortuus. Consulto itaque oraculo Apollinis quid de illo actum esset, responsum est:

Vltimus Heroum Cleomedes Astypalaus.

Cleomenes, Κλεομῆνης, Lacedæmoniorum dux fuit, qui ab Antigono victus ad Ptolemaum regem confugit, à quo primum magno in honore habitus, mox calumpnia cujusdam Nicagoræ regi suspectus redditus, in carcерem plenum captivorum conjectus est, qui omnes instinctu Cleomenis mutuis concorrentes vulneribus spontanea morte se tyranni crudelitati eriperunt. Cujus facinoris quum Cleomenem authorem fuisse Ptolemaus compriisset, mortuum excoriari jussit, & cruci affigi. Plura de hoc Plutarch. in vita ejus.

Cleon, Κλέων, Cleoneti filius, dux Atheniensium, in reipublicæ administratione adversari solitus Niciæ Nicerati filio, qui missus in Thraciam cum exercitu, multas urbes cepit. Eum infestatur Aristophanes in Comedia, quæ inscribitur in nesciis; id est, Equites. Fuit & Cleon poëta, qui Argonautica scripsit: à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est, ut ejus enarrator scribit. Fuit item Cleon Halicarnassus orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. Author Suidas.

Cleone, Κλέων, & Cleonæ, arum, mediocre oppidum, distans ab Argis stadiis centum viginti, à Corinthio nominata, non procul à Nemæa sylva. Ovid. 6. Metam.

humilesque Cleonæ.

Et Nelea Pylos.

Cleonætus, αὐτοῦ, Κλέωνα, ut Leo Cleonatus, qui & Nemæus. Lucanus, Hie Cleonai project terga leonis, Cleonicon, Κλεονίκης, herba eadem cum clinopodio, teste Plin. lib. 24. cap. 15.

Cleonymus, Κλεόνυμος, Atheniensium dux fuit timidissimus, qui in prælio abiecto clypeo suos deseruit: unde & πιθανὸς dictus est. Hunc insectat Aristophanes in Nubibus.

Cleopatra, Κλεοπάτρα. Ægypti regina, Auleiae filia, soror & uxoris Ptolemæi ultimi, mulier impudicissima, à Cæsare primum adamata, cui filium Cæsarionem peperit: deinde ab Antonio justæ uxoris loco habita fuit, relicta Octavia Augusti sorore. Postea victo apud Actium prælio navalí Antonio, admotis corpori a spidibus fusa intermixit. Stat. lib. 3. Syl. Vide Suet. in Aug. cap. 17. Cleopatra altera, quæ ex Cosmeticis citatur à Galen. in lib. 1. de comp. phar. cap. 1. mulier medicinæ peritissima, quam & Paulus Ægineta lib. 3. cap. 2. & Aëtius tetrabili 2. Serm. cap. 6. memorat. Nonnulli tamen hunc virum fuisse arbitrantur. Ab eo fit Cleopatricus, a, um, ut Cleopatricæ dapes, apud Sidonium.

Cleopatrus, præfeti nomen apud Corinthios, cuius Plutarchus in Arahæ mentionem facit.

Cleophantus, Medicus cuius meminit Plin. lib. 24. cap. 16. Fuit & Cleophantus, pictor Corinthius, ut scribit idem Plin. lib. 35. cap. 3.

Cleophon, Κλεοφῶν, Poëta tragicus Atheniensis, cujus nonnullæ fabulae commemorantur à Suida.

Cleofratus, Κλεόφρατος, Antiquissimus Philosophus, qui primus in Zodiaco signa Arietis, & Sagittarii deprehendit: Author Plin. lib. 2. cap. 8.

Cleoxenus, & Democritus, Κλεόξενος, καὶ Δημόκριτος, historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam ab illis inchoaram fatetur se absolvisse Polybius Megalopolitanus. Author Suidas.

Clepo, is, psi, ptum: Furor, surripio. { כְּלֵפָה ghanâ. GALL. Dérober, oster & détourner secrètement & en cachette. ITAL. Rubare, furare. GERM. Stelen / rauben. HISP. Hurtar. ANGL. To steal or tak away secretlie. } à verbo Græco κλίπται. Unde Cleptum, furto subtrahit. || Prud.

Quod rapere & clepere est, avidique abscondere parta. ||

Liv. Si quis clepsit, ne populo scelus esto, néve cui cleptum erit. Plaut. sc. 2. a. 1. Rape, clepe, tene, harpaga. Cic. de Rep. apud Non. in Clepere. Non modò ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere discunt. Clepere verba alicuius, aut sermonem, observare est, & alicupari. Pacuv. Sermone in hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo. Accius Epigram. Fâque hoc causâ, ne quis nostra auribus verba cleperet. Ex Nonio.

Clepsidrum, κλεψιδρον, horologium, quo metimur horas per effluxum arenae. κλιπται est furari, κλιπται arena.

Clepsere, clepere, clam rapere. Lucr. ||

Clepsydra. Vas è quo aqua paulatim effluens horas distinguebat: horologium. { κλεψιδρον. GALL. Un vaissau lequel petit à petit jette l'eau par le bas, duquel on se sert pour horloge. ITAL. Horoloio di acqua. GERM. Ein wasserstund/ wie bey uns gemeinglich die sand uhren. HISP. El relox de agua que fue antiquamente. ANGL. A diall mea- Calepini Pars I. }

suring hours by running of water. } Dicta est autem Clepsydra ab aquæ furto, quod aquam aut celet, aut futetur. Cic. 3. de Orat. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram lattare docuerat. Mart. lib. 6.

Septem clepsydras magna tibi voce petenti

Arbiter invittus, Caciliane, dedit.

¶ Consimilis sunt hoc tempore clepsydris vascula illa apud nos usitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum co[n]stantur: ex quibus pulvisculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus hora metitur. Apud veteres, oratoribus acturis causas forenes præscribatur tempus dicendi datis clepsydris, quibus exhaustis, amplius dicere vetabantur. Plinius in Epist. Dixeram horis penè quinque: nam tribus clepsydris, quas spatioſissime accepérant, sunt additæ quatuor. ¶ Est item Clepsydra astronomicum organum, sydera dimetens. Martianus, Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. ¶ Est item Clepsydra nomen fontis, in arce Messeniorum, in Arisioen alterum fontem influens. Fuit & Athenis in arce ejusdem nominis fons, ita dictus, quod flare incipientibus Etesiis abundet, iisdem desinentibus exaretur. Vide Cœl. Rhodig. lib. 18. cap. 39.

Cleromantla, κλερομαντία. Divinationis genus, quod fit per sortes.

Clerumenæ, sortientes. Turn. ||

Clerus, i., κληρος. Vermiculus est, teste Aristotele, in alveorum pavimentis nascens, quo excrescente, velut aranea obducitur alveus & favi carie pereunt, ipsis scilicet una cum foetu putrefactis: quod vivi genus Clerum quoque eruditiores appellant, hoc est, favi, scutusque putrefactionem. Plin. lib. 1. cap. 16. clerum interpretatur apum abortum, & quandam amaræ ceræ duritiem, quam inde foetus apes non eduxerint, morbo impediatæ, aut ignavia, aut fœcunditate naturali. ¶ Græcis item κληρος sortem significat, vel hereditatem: unde Cleronomus, κληρονόμος hares, & Cleronomia, κληρονομία hereditas.

¶ Clericus, qui censetur in clero: cui opponitur laicus.

Clericæ literæ, quæ à Clero scribi solent Sede vacante. D. Cypr. Scriban. ||

Clethus, κλεῖθος, uxorem habuit Pallæam Sithonis filiam, quæ Thracia urbi nomen didit. Steph.

Clibanus, κλιβανος, mons est in extremis Italiae finibus, non procul à Lacinio promontorio, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 10. ¶ Est item Clibanus oppidum Isauricæ, quæ est Asia regio, inter Ciliciam & Pamphiliam sita: de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.

Clibanus, i. קַרְבָּא תַּנְנָרָה. κλιβανος. GALL. Vn four. ITAL. Theggia, testo. GERM. Ein ofen. HISP. Horno. ANGL. An oven, a fournaise. Instrumentum placentis potius, & id genus cibis, quam pani conquendo dicatum, quod antiquitus ex testa, seu opere figulino fieri solebat, postea etiam ex ferro, vel ære. || Anon.

Clibanus undantes iactabat in aethera flamas. ||

Columell. lib. 3. Scrobem clibanico similem esse debere, ut imus, quam summus, patentior sit, ut latius radices agantur. Plin. lib. 19. Cortices quoque clibanis & furnis præbent usum. Differt autem Clibanus à furno, quod hic major sit, & immobilis: Clibanus autem minor, ut quoque visum fuerit, possit transferri. ¶ Hinc κλιβανος κλιβανιον αι: à Græcis appellatur panis, qui non in furno, sed in clibanico coctus est, quem Varro lib. 4. de ling. lat. Testuaceum appellat, quod scilicet in calido testo (sic enim clibanum testuaceum appellat) coqueretur.

¶ Clibanum, alia vox, quæ & apud Græcos legitur κλιβανος, & κλιβανος, id est, thorax, lorica ferrea, nempe mox levico undeque corpore munitus. ||

Clibanarius, qui bene ferro & armis munitus certamen init, κλιβανος Nazarius in Panegyrico ad Constant. Operimento ferri equi, atque homines obsepi: clibanariis in exercitu nomen est. Diciti Clibanarii, quoniam more testudinis arcuatis armis (quæ clibanii forma est) utebantur. Amianus Marcellinus Clibanarios eosdem esse tradit cum iis, qui Græco nomine appellantur Cataphracti.

Clibio, masculus. Isid. Gloss. ||

Clidemus, κλιδηνος. Scriptor antiquissimus fuit, cujus opus de plantis saxe citatur à Theophrasto, Scriptis & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

Clidion, κλειδον. Thinni jugulus est, qui præcipue in recenti hoc pisce commendatur. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynnii membratim casci, cervice, & abdomine commandantur, atque clidio recenti dumtaxat, & tum quoque gravi ructu: cætera parte plenis pulmentis sale asservanrur. Alias tamen pro Clidio, legitur edulio.

Cliduchus, κλιδοχος. Græcis clavigerum significat, κλιδοχος, hoc est, à clave. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & quadrigas, bigasque & cliduchon eximia forma.

Clîens, qui in fiducia & tutela alicuius est, & patronum habet. קַרְבָּן ghannûn, צְבָעַתְּבָדֵה, תִּסְמָחָתְּבָדֵה. πιλάτης, ἡγεμόνης. GALL. Vassal de quelque seigneur, celuy qui s'est mis en la protection d'un autre. ITAL. Cliente. GERM. Der vnder einem vogt ist/ vnder eines andern schirm/ ein vogtkind. HISP. Encomendado à al un abogado. ANGL. A retener to some noble or gentile man. } Clientium exclusorum turbâ referta vestibula. Senec. 10. de consol. ad Marc. De clientibus vide Halicarnass. lib. 2. Qui dicantur, & jura inter eos. Plut. in Rom. Et de his quoque vide plura apud Plaut. Men. sc. 2. a. 4. & Capt. sc. 2. a. 2. Cui servitatem scrivit? pol quidem hic hujus est cliens. Idem Asin. sc. 2. a. 5. Senatur dare operam, aut clientibus; nam Patronus defensor causæ est dictus, quasi pater: Cliens defensione indigens, id est, litigator, qui patronum colit & sequitur, ut ab eo defendatur. Sed ut rectius vim vocabuli intelligas, scito, quemadmodum Budæas in Pand. scribit, moris fuisse apud antiquos, ut provinciales & socii populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patroni sibi adoptabant, non modo publicè, sed etiam privatim: sique ut clientes eorum dicentur, inter se verò hospites. Ferebat autem id hujusmodi necessitudo, ut clientes perpetuo patronorum suorum patrocino caput ac fortunas suas tuerentur: vicissimque ipsi patronos suos omni obseruantia

atque obsequio colerent, & venerarentur. Cic. act. i. in Verr. ad fin. Clarissimi viri nostræ civitatis, temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducabant, ab hospitibus, clientibus suis, ab exteis nationibus, quæ in amicitia populi Romani, ditionemque essent, injurias propulsare, corumque fortunas defendere. Quin etiam ( ut idem scribit ) quos vasallos vocare solent, Clientes appellare possumus: & Clientelam, observantiam ipsam: & obsequium, quod Homagium dicunt, Clientelaris officii sponsonem, agnitionemque. Clientes ut coluerint, Gell. lib. 20. cap. 1. Erant post pupilos proximo gradu, deinde hospites, mox cognati. Idem cap. 13. lib. 5. Item, Nemo adversus clientem testimonium, dicit. Ibid. Cliens esse non desinit honores adeptus, nisi Curules sint. Et adversus Clientem patronus cogi non potest dicere testimonium. Plutarch. in Mario.

Clinentā, æ, sc̄mininūm, quo usus est Plant. in Milt. Habeo eccliam clientam meam, mercetricem adolescentulam. Idem in Rud. Jam clientas reperi. Afranius similiter in Pompa, Interim tua clienta. Et Horatius. Carm. lib. 2. Od. 18.

Nee Laconicus mihi  
Trabunt honesta purpuras  
Clienta.

Sosipater lib. 1. In quo tamen Horatii loco nostra exemplaria Clientes habent, non Clienta.

Clinentā: Clientum multitudine, qui potentem aliquem civem, principem favore prosequuntur, & cuius dignitatem factionemque tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. { Κλίνη maghen, Κλίνη ebēsedb. Κλίνη GALL. Le domaine, la protection & sauvegarde des Seigneurs envers leurs vassaux & sujets. ITAL. Sicurtà, clientela. GERM. Vileder vogtlinde / das ist deren die schirmwoðt haben. HISP. Aquella encomendacion, y seguridad. ANGL. The protection and defence of lords towardes thair subiectes. } Cic. ad Attic. lib. 14. Scis quām diīgam Siculos, & quām illam clientelam honestam judicem. Item Clientela dicitur fides, tutela: unde committere, vel confidere se in clientelam alitujus, est sese alterius clientem profiteri, & ejus patrocinio, sive ( ut Gallorum vulgus loquitur ) Salvegardia se committere. Terent. in Eunuch. Thais partis commendavit in clientelam & fidem. In clientela Antoniorum erat. Suet. in August. cap. 16.

Climā, tis, { Κλίμα peah. κλιν. GALL. Climat, region, contrée. ITAL. & HISP. Clima. GERM. Ein climat/ ein aufgezeichner theil des himels oder erdbodens. ANGL. A climat the trait and draught of a contree. } Græca dictio, quæ spatium significat duobus respondens parallelis, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur. } Tertull.

Quaque colunt mediū de vexo in climate mundi. }

Vitruv. lib. 1. cap. 1. Disciplinam vero medicinæ novissime oportet propter inclinationes cœli, quæ Græci κλίψεως dicunt.

Climax, mons est Straboni lib. 14. Est etiam ( inquit ) mons nomine Climax, Pamphilio pelago adjacens: is transitum arctum in littore relinquit, qui mari tranquillo nudatur adeò, ut iter facientibus per vius sit, pelago autem affluente undis contingit. Transitus per montem tum etiam arduus est, tum prolixus, quapropter in tranquillitatibus littore utuntur.

Climax, { Κλίμα fullām madregħah. κλίμας. GALL. Escelle, degré. ITAL. Scala. GERM. Stāgen / leyteren. HISP. Escalera. ANGL. A ladder or the steppes of a ladder, or stāre. } Latinè scala, vel potius scalæ: est figura, quæ dicitur Gradatio, qua paulatim veluti per scalas ascendimus: ut apud Ovidium,

Viderat hanc, visāmque cupit, poritūrque cupita.

|| Climatera, vestis arbustiva. L. gr. b. ||

Climacteres, qui dicantur à Chaldæis, vide Gell. cap. 10. lib. 3.

Climactericus, a, um, κλιμακτήρες. Litinè dici potest Scalaris, κλίμακτηρες, quo nomine Græci scalarum gradus significant. Unde numerus climactericus dicitur, ad quem per gradus, & veluti scalas quasdam paulatim ascendimus: qualis est numerus, qui ex novem novenariis resultat. Nam unitas tet sumpta conficit ternarium. Ternarius in se ductus, novenarium. Novenarius autem novies sumptus conficit unum & octoginta, qui est numerus Climactericus. Hunc autem numerum in humanæ vitæ annis maximè formidabilem esse, à veteribus proditum est; quippe qui raro sine vita, aut fortunatum periculo soleat transmitti. Hoc enim anno æatis Plato Philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysios Heracleotes, Eratosthenes geometra diem suum obierunt. Alii annum æatis sexagesimum tertium in primis periculoso judicarunt, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis, quem etiam Climatera vocabant. Unde Augustus Caium nepotem latum natalem diem suum celebrate jubet, quod annum illum omnibus senibus periculissimum evaserat. Fuerunt etiam qui annum undequinquagesimum maximè formidarent: partim quod sit numerus quadratus, quem potentissimum credidit antiquitas; partim etiam quod ex septenario septies multiplicato resultet, cui inter omnes numeros veteres plurimum detulerunt: adeò ut per omnem vitam septimum quenque annum periculoso & crisiūm esse voluerint; sed eum præcipue qui per ternas hebdomadas ascenderet, qualis est annus primus & vigesimus; qui ex tribus septenariis constat: item quadragesimus secundus, & sexagesimus tertius, & omnium maximus octogesimus quartus. } Climacterica, climacteres, pericula vita fortunarumque hominum. Tertul. || Climactericum tempus, pro arduo, difficile, contrario: authore Plin. epist. 44. Habes climactericum tempus, sed evades.

|| Climacteria, naturæ rei incerta perfugia, vel auxilia. Turn. ||

Climaculæ tela. Gell. cap. 25. lib. 10.

|| Clinamen, inclinatio. Clinare, declinare. Lucr. ||

Clingo, veteres pro Clingo usurparunt: à Græco κλίνειν. Festus.

|| Clingit, eludit. Isid. Gl. ||

Clinias, κλίναι, Musicus, & Philosophus sectæ Pythagoricæ, qui si quando ad iram provocaretur, sumpta statim cithara, motus animi leniebat: haud aliter quam Achilles, qui quum iratus stabat ad litus, animi sui dolorem citharae cantu leniebat. Author Ælian. de varia historia.

Clinicē, es, κλίνη. Medicina, quæ victu & pharmaci corporibus medetur. Dividitur enim Clinice in duas partes, in Dieteticen, quæ victu medetur: & Pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. Plin. lib. 29. cap. 1. Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei, qui auxiliator fuisset, ut postea similitudo proficeret, exscriptisse et traditur: atque ( ut Varro apud nos credit ) jam templo cremato instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

Clinicus, { κλίνως. ANGL. Bedred, one so sickle that he cannot rise. } Medicus qui diæta curat, aut medicamentis: dictus à lectis agrotantum, quos frequentare solet, quasi Lecticularius. Martialis lib. 1. epigr. 87.

Chirurgus fuerat, nunc est vestillo Dianlus,

Cœpit quo poterat Clinicus esse modo.

Sote filia clinici, id est, medici. { Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti sunt, ut surgere lecto non possint, nullaque amplius de eorum salute spes sit. Plin. lib. 25. cap. 5. Medetur etiam morbis comitrialibus, ut diximus, vertigini, melancholicis. Et paulò post, stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

|| Clinicus, a, um, quasi κλίνη, lecto, affixus, qui præ morbo lecto surgere non potest. ||

Clinico, as: Inclino. { Κλίνω natāb. κλίνω. GALL. Incliner. ITAL. Inclinare. GERM. Neigen / Siegen. HISP. Inclinare ab axar. ANGL. To bower. } Græcum est, & licet non sit in usu, ejus tamen composita usurpantur, quæ sunt, Acclino, Declino, Inclino, & Reclino: de quibus suis locis.

Clinicē, inis, neut. gen. Inclinatio. { Κλίνω mot, ή κλίνης. GALL. Dé-tournement, & inclination à costé. ITAL. Inclinazione. GERM. Neigung. HISP. Inclinacion. ANGL. Bowing or turning to a syde. } Lucius lib. 1. de inclinatione elementorum & primorum corporum,

— sed ne res ipsa necessum

Intestinum habeat cunctis in rebus agendis,

Et devicta quasi cogatur ferre, patique:

Id facit exiguum clinamen principiorum,

Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Clinicē. { κλίνη. ANGL. A bed to rest on. } Latinè Lectus, lectica mensa, i.e. a bed, torus discubitorius, qui sex capiebat. Martial.

Et testudineum mensus quater hexaclinon.

Clinēdion, κλίνηδος, lectulus.

|| Clingere, cingere, à Græco κλίνειν dici manifestum est.

Clingit, eludit: fortè Cludit.

Clinodium. In Latinis scriptoribus citerioris ævi aliquando clinodia, aut celenodia repertis pro cimeliis. Vox est Germanica Kleinoth, parum necessaria.

Clinopälē, es, κλινοπάλη, palæstra lecti dicitur: κλίνη, Græcè lectus: πάλη, palæstra, sive lucta. Suet. in Dom. Affiduitate concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic Virg. nocturna bella vocat colluctationes venetæs: & ab Apuleio militia amatoria dicitur. Clinopale, immodica fruitio & venerearum rerum usus, apud Paulum lib. 1. cap. 17.

Clinopōdīōn, κλινοπόδιον. Herba est serpillo similis, surculosa, palme altitudine: nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens: unde & nomen accepit. Hæc Plin. lib. 24. cap. 15. Putatur esse eadem, quam officinæ Pulegium montanum appellant.

Clio, κλίον, una Musarum ex novem, apud Hesiodum in Theog. κλίον, id est, à gloria, quod poëtis gloria ex carmine nascatur.

|| Clipeocentrum, est insigne scuti, in clipei centro.

Clypeus, vide Clypeus.

Clipopodæ, lecti pedes. Turn. ||

Clithēnēs, κλιθῆνες, Primus ostracismi author apud Athenenses, primusque eo genere exili mulctatus. Vide Cælium lib. 21. cap. 44. Clithenen video, κλιθῆνες ὅρῳ: Suidas refert, & ait convenire in eos, qui lævi derasaque sunt cutæ. Nam is mos Clitheni, barba derasa semper esse, quo juvenis etiamdum videretur. Effertur & ad hunc modum, κλιθῆνες ἀκρατίζεται, Clithene intemperantior. De cincido & deliciis effeminato.

Cliſtāchūs, κλιſtāchūs. Historicus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cuius etiam res gestas descripsit, sed ea vanitate, ut fidem Historici non mercatur. Author Quintil.

Clitellæ, arum, dicuntur quibus sarcinæ colligatae mulis, & id genus veterinis portantur, qui vulgo Basti vocantur. { Κλιτέλλη, char. κλιτέλλη, ιπτάγμα, ἀσπάσιον, σωθισμόν. GALL. Le bast qu'on met sur un mulet, asne, on autre beste pour porter saix. ITAL. Basti. GERM. Saumisattel/ sind darauf die maulthier schwärz läst tragen. HISP. Las albardas o ensalmas. ANGL. Lode saddles. Horat. in Satyr.

Hinc muli Capua clitellas tempore ponunt.

Clitellis apportatae columnæ. Quintil. Cic. ad Attic. lib. 5. Clitelæ bovi sunt impeditæ, hoc est, homini inepto, & nequaquam idoneo delegata est provincia: vide Erasmi Adagia. Hoc etiam nomine significatur locus Romæ, teste Festo, propter similitudinem cliterrarum, & in via Flaminia loca quedam devexa subinde, & accelia. Item quoddam tormenti genus, teste eodem.

Clitelliārūs, qui clitellis utitur. { Επιστηγμάτῃ, οπλοφόρῳ. GALL. Qui porte faix dessus son dos avec un bast. ITAL. Che porta la basta. GERM. Der mit einem solchen sattel schwære bürden tregt. HISP. Coisa de albarda. ANGL. That beareth any thing on his back in a lode saddle. } Unde clitellari muli dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neque desultorii, nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Plaut. in Most. Muliones mulos clitellarios habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt oneris, quicquid impónas vehunt. Colum. lib. 2. cap. 22. Mulus clitellarius.

Cliternia, Pompon. lib. 2. Italiae oppidum est, in tractu Apuliae, ad Garganum montem. Vulgo Celano. Ptolemaeο Cliternum.

Clitomāchus, κλιτομάχος, Philosophus Carthaginensis, Athenas venuit annos quadraginta, audivitque Carneadem, cuius & successor fuit, tres sectas sectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conscripsit, de quo Cicer. lib. 1. Tus. mentionem facit. Clitomachus alter, Athleta, &

Pancre

Paneratias nobilis fuit, qui pudicitiae tantæ fuisse dicitur, ut canes si forte coeuntes vidisset, statim vultum averteret: in convivio si quis sermo lascivus incideret, statim surgens abiret. *Ælian. de varia historia.*

**Clitor.** *ἰστός*, oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo picens fons Clitorius appellatur, ei qui gustaverit, vini fastidium inducens. Meminit hujus oppidi Ptolemaeus lib. 3. cap. 16.

**Clitumnus**, agri Falisci fluvius est, cuius aquæ potatae candidos faciunt boves. Author Plin. lib. 2. cap. 103. Virg. 2. Æneid.

Hanc albi Clitumne greges, & maxima taurus  
Viætima.

Silius,

Et lavat ingentem profundens flumine sacro  
Clitumnus taurum.

Nemus flumenque Clitumne. Sueton. in Calig. cap. 43.

**Clitus**, *κλῆτος*, Mantii fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam post apparuit. ¶ Fuit præterea Clitus inter præcipios Alexandri Macedonis familiares, cùdèmque charissimus, tum quod filius esset nutritius ipsius, tum quod ab illo in dubio vita discrimine fuisse servatus. Hunc tamen in convivio quodam liberius in Persicos mores inventum, rex jam temulentus spicula trajecit. Cujus facti cum postidie tanta cœpit poenitentia, discussa jam ebrietate, ut totum triduum cibo abstinuerit, decreveritque omnino inedia sibi necem confiscere, amicūmque optimè de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægrè admissa amicorum consolatione, qui Clitum jure occisum afferebant, sumptuosissimo eum funere sepelivit. Historiam hanc vide latius apud Attianum, Qu. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.

**Clivulus**, *a. um*, adjективum. Difficilis, arduus. { *תְּשַׁׂרְפָּה* kashéh. ANGL. Vnæsje to go up. } ut, Clivia auspicio, *αἱ ἀναδύονται εἰσερχονται*, qua aliquid ( inquit Festus ) fieri prohibebant: nam & omnia difficultia & ardua nominabantur Clivia: unde & Clivi.

¶ Clivior, nobilior. Isid. Gloss.

**Clivina**, avis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à clivis auspiciis dicta, quæ teste Festo, dicebantur adversa, quibusque aliquid fieri prohibebatur.

Hanc autem suo seculo fuisse incognitam, author est Plin. lib. 8. c. 15.

**Clivus**, i: & Clivum, i: Collis, locus arduus. { *תְּבִלְבִּילָה* ghibbhah. *γάληθ*. GALL. Vne petite montagne qui n'a pas grand' pente, descente d'une montagne. ITAL. Scesa da una montagna all' ingiu, pendente, collina. GERM. Ein bühel/ein ort das sein langsam hält Dechthe oder stöhng ist. HISP. La cuesta arriba, o la cuesta abaxe. ANGL. The pitch of an hill, the bending downe of a thing. } Virg. 9. Æneid.

— qua se subducere colles

Incipiunt, mollique jugum demittere clivo.

Ovid. 4. Fast.

— Clivus

Ardutus in valles.

Cato apud Nonium, Loca ardua & cliva depresso.

¶ Clivus Capitolinus. Cicer. ad Attic. lib. 2. Quem ego in clivo Capitolino te signifero à principe collocaram. Hujus composita possunt esse tam secundæ quam tertiae declinationis: ut, Acclivus, a. um, & Acclivis, & hoc acclive. Declivus & Declivis: Proclivus, & Proclivis, quæ habent penultimam productam. Dicitus clivus à elino, pro inclino. Vide Vallam lib. 4. cap. 43.

**Clivulus**, i, diminutivum à Clivus. { *καπιλόφια*. GALL. Vne petite colline, une montagnette, un petit tertre. ITAL. Picciol collina. GERM. Ein reitlin oder büchelin. HISP. Pequena cuesta. ANGL. A little pitch of an hill. } Colum. lib. 6. cap. 36. Duos parietes adverso clivalo inaequatos habet.

Clivosus, a. um, adjæct. Clivis abundans. { *βράδης* GALL. Qui a plusieurs montagnettes, inégal, ayant plusieurs pentes & descentes. ITAL. Pendente smonta. GERM. Das vil bühel oder rein hatt. HISP. Cosa llena de cuestas. ANGL. That hath many little mountains and pitches. } ut, Clivosa loca. Columell. de Arboribus cap. 4. Curandum autem est, ut locis aridis & clivosis altius vites deponantur, quam si humidis & planis. Virg. 2. Georg.

Nam ieiuna quidem clivosi glarea ruris

Vix humilos apibus casas, rorémque ministrat.

Ovid. 3. Fastor.

Sextus ubi è terra clivosum scandet Olympum,

Phœbus.

**Cloaca**, Loca cava, sive ea publica sunt, sive privata, quò fordes confluunt, { *τύνευσις* morsaθ. ἄρ. ὅπαν. GALL. Un esgout, parcù s'en vont les immondices de quelqueliu. ITAL. Cloace, chicche. GERM. Ein dolen/ein ort dar ein sich aller ontfahrt versamlet. HISP. El albanar à do acuden las privadas. ANGL. A chanell, a sink. } Unde Areæm facere ex cloaca dicit Cic. in Orat. pro Plancio, pro eo quod est, rem humilem & nullius ferè momenti supra modum extollere. Fistula quoque, fossæ & via illæ subterraneæ parietibus in modum aquæductus munitæ, per quas pluviae extra urbem vel in fluvium dilabentes, urbis fordes secum rapiunt, Cloacæ dicuntur, οὐδὲ, quod urbem immunditiis purgent. ¶ Dicta est autem Cloaca (ut putatur) à colluendo, quasi colluaca. Festus à cloacando, hoc est, inquinando derivat: quin tamen potius contraria Cloacæ verbum à Cloaca deductum videatur. Cic. pro Cecin. Qui de fossis, de cloacis, minimis aquarum, itinerumque controversiis intercedit. Plaut. verò in Cureul. stomachum immundæ verulæ & alvum, Cloacam nominavit. Age, inquit, effunde hoc citò in barathrum, properè prolue cloacam.

Cloacula, diminutivum. Lampid. in Heliogab. Additâque injuria cæveri est, ut id in cloaculam milites mitterent.

Cloacalē, flumen, Caro dixit, pro cloacarum omnium colluvie. Fest.

Cloacarē, Inquinare: unde Cloacæ dictæ. Festus. { *καθάπτειν* καθών. GALL. Soüiller. ITAL. Imbrattare, macchiare. GERM. Be- sudeln/verunreinigen. HISP. Enfuziar o mayzillar. ANGL. To defile, to mok foul. }

Cloacariūs, adjективum, ut cloacarium vestigal. Ulpian. D. lib. 30. tit. 1. l. 39. Hæres cogitur legati prædiū solvere vestigal præteri- tum, ut tributum, vel solarium, vel cloacarium, vel pro aquæ for- ma. Sic

Cloacarium, pecunia est purgandis cloacis attributa. Ulpianus in l. 27. ff. de usus fructu. Si quid cloacarii nomine debeatur, vel si quid ob formam aquæductus. Ex Hotom.

Clocca, campana est, Bonifacio. || GERM. Glocke. GALL. Cloche. ANGL. Cloke. ITAL. Campana. ||

Cloes, pluvia, vel navigium. Isid. Gloss. Amicus noster legit Floëis. ||

Clodīa, Romana ( à qua Cicerone præmium emere volebat: copiosa & locuples fœmina fuit, de qua sic Cic. ad Attic. lib. 13. Sed quando, inquit, Cœdia Romæ futuæ es, & quanti rem altimas, ego prorsus expecto: non quin illud malum, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

Clodī forum, Italiae oppidum in octava regione, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 14.

Clodōrum familiam, à Clodio Æneæ socio dictam putavit Festus. Verius tamen est, Clodios ( qui & Claudii dicuntur ) à Sabinis ortum traxisse, nominisque originem cepisse ab Appio illo Claudio, qui primus ex ea familia cum quinque clientum millibus se Romanum contulit.

Clodiūs, prænomine Publius, adolescentis fuit nobilis ex antiquissima Claudiorum familia, sed civis factiosus, & notissimæ libidinis: ut qui tres sorores per incestum polluerit, & in factis bonæ Dex muliebri veste deprehensus sit. Hic gravissimas cum Cicerone ini- micitas exercuit: cui, ut magis negotium facilius posset, Tribu- natum plebis petiit: quem quum per leges obtinere non posset, quod Patricius esset, cuidam ex plebe se adoptandum dedit: atque ita tribunatum nactus, non quievit, donec Ciceronem per vim ci- vitate expelleret: verum quum & Pompeio molestus esse cœpisset, & optimum quemque incesseret, placuit Senatui Ciceronem ab exilio revocari: qui in urbem reversus, Milonis auxilio inimici im- petum compescuit, à quo etiam Clodius ipse in via Appia fuit in- terfectus. De hoc sic scribit Cicer. ad Attic. lib. 1. Credo ( inquit ) te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eō mu- liebri vestitu virum, idque sacrificium quum virgines instauraf- sent, mentionem à Qu. Cornificio in Scenatu factam ( is fuit prin- ceps, ne tu forte aliquem nostrum putes ) postea rem ex sc. ad vir- gines atque Pontifices telatam, idque ab iis nefas esse decretum i deinde ex sc. Consules rogationem promulgasse: uxori Cæsarem nuntium remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clodii ductus, ope- ram dat, ut ea rogatio quam ipse fert ex sc. & de religione, anti- quetur. Haec tenus Cic. ¶ Fuit & Clodius Pulcher, orator Roma- inter patronos, simul cum Cicerone in causa Scauri. Pædianus. ¶ Clodii cuiusdam meminit Plutarch. in Numa, qui temporum ar- gumentum scripsit. ¶ Sextus Clodius rhetor Siculus, Latina, Græ- cæ cœque eloquentiae professor, malè oculatus, familiaris, ac præce- ptor M. Antonii triumviri, cuius meminuit Cicero in Philip. & Tran- quillus. ¶ Clodius Quirinalis Arelatenis rhetor, Romæ docuit cir- ca Neronis tempora, teste Eusebio. ¶ Clodius Albinus, dux Galli- cani exercitus, post mortem Pertinacis principis ab exercitu Impre- rator salutatus, & à Severo juxta Lugdunum acie superatus. Author Herodianus.

Clœlia, Nobilis virgo Romana fuit, quæ cum aliis nonnullis virgi- nibus Porsenæ Hetruscorum regi obses data, deceptis custodibus unâ cum reliquis virginibus incolmis ad suos per Tyberim tra- navit. Quamobrem Romani novam in fœmina virtutem novo ho- noris genere ornandam rati, statuam ei equestrem in summa sacra via posuerunt. Author Liv. I. ab Vrb. Vide Plut. in Public. Hujus meminit Valer. lib. 3. cap. de fortitudine. Virg. quoque circa finem libri ostavi,

Et fluvium vinclis innaret Clœlia ruptis.

Juvenalis Satyr. 8. ad fin.

Quod miraretur cum Coelite Mutius, & que

Imperii fines Tiberinum virginem natavit.

Cloniūs, *κλωνός*, unus è quinque ducibus Bœotorum, qui cum quin- quaginta navibus ad Troiam navigarunt, ut scribit Homerus lib. Iliad. 2.

Cloppus, vel clausus ( *ἀλέσθε πᾶσας*, pro claudibus ), appellatur clau- dus: nisi quis forte per contractionem ex Græco deduci malit, qua- si *κλεῖσθε πᾶσας*. Glossæ, cloppus, κλεῖσθε.

Clostrum, idem quod claustrum. { *κλεῖσθε πᾶσας* misghéreh, *כְּלֹסֶת* seghór. κλεῖσθε } Cato de re rust. cap. 13. Trullas lignæ duas, claves cum clostis.

¶ Clostrata, quæ unicâ constant fore: Bifora, duabus: Valuata, pluri- bus. Vitruv. Casaub.

Clota, Ptolemæo, Æstuarium maris in Britannia insula, exiguo terræ spatio à Bodotria altero æstuario diremptum. Corn. Tacit. in vita Agricola, Glotani vocat.

Clothō, *κλωθός*, una Parcatum, quæ humanæ vitæ staminæ dispensant, Græcè *κλωθός*, Circumvolyo, neo, destruo. De his nonnihil Ophicus in hymnis, plurâque tradit in magica sua, sed involuta & obscura. Hesiodus autem in Theog. Themidos filias facit, & Jovis: Cloto, Lachesis, & Atropon, & *Στρογγυλής αὐτοκάνθατος ἡγείας της*, *μηρούς της*.

¶ Cluacina. Venus Plinio, quæ aliis dicta videtur, quasi collua- cina. Cloacis prærat, & eam in cloaca repartam consecravit Tatius.

Clubon, sigillum. Gloss. g.b. ||

Clucidatus, antiqui dixerunt pro dulci & jucundo, *μαργαρίτης γλυκύς*.

{ *πρωτός μαργόκ*, *כְּרֻבְּ בָּרֶבֶת*. ANGL. Sweete. } Festus. Varr. lib. 6. de ling. Latin. citans antiquum poëtam in Agidone: Clucidatus, suavis est, tametsi à magistris accepimus mansuetum. Ita enim doctissimè legit Scaliger, quum antea Caudatus legeretur, vel Saudatus.

Cluden, baculus incurvus, histriorum manibus gestatus. Lips.  
Cludo, is, idem quod cludo: quo verbo veteres utebantur. **גְּלֹד sagħār.**  
**אַלְמָא. GALL. Clorre, enclorre, environner, entourer. ITAL. Chiudere,**  
**ferrare. GERM. Schließen. HISP. Cerrar. ANGL. To shun in, to in-**  
**close. Cic. 1. de nat. Deor. Ipsum autem mare sic terram appetens**  
**litoribus cludit. Martial. lib. 11.**

Sed mors vocis iter properavit cludere blandè.

In veteribus quoque nōsmismatibus legimus, Janum clusit. Clusimus & clausimus. Senec. Clusum pectus vitiis. Idem cap. 16. de consol. ad Helv. Cludendi sententias ratio. Quintil. Cludere tensum. Item, Cludi, Cludere neutraliter bis.

Clusus, a, um, Particip. Circundatus. Valer. Flac. lib. 1. Argon.

Clevenāo jam tempora clusus hiatu

Alcides,

id est, habens tempora circundata pelle hiantis leonis Cleonai. Clusilis, & hoc clusile, quod facile clauditur. Plin. lib. 39. cap. 37.

Inest iis esca, clusiles mordacēsque conchæ, ceu mitulos videmus.

Clodus, pro Claudus. Vide Claudus.

Clūēntius, ex municipio Latino, accusatus à matre Saffia, quod Opianicum vitricum interfecisset, defensus fuit à Cicero, cuius adhuc extat longè optima Oratio pro Cluentio.

Clūēo, es, ere, cluor, cluor. Perhibeot, putor, nominor. **כְּשֻׁנָּה neschāb.**  
**אַלְמָא. GALL. Eſtre reputé, avoir le bruit. ITAL. Eſſere ſtimato, nomi- nato. GERM. Genent oder gedacht werden. HISP. Ser estimado y nombrado. ANGL. To be in reputatione, o have a renowome. Non. c. 2.**

n. 147. Plautus in Trin. Ita sis, ut nomen cluet. Idem in Epid. sc. 2.

a. 2. Senati qui columen cluent, id est, habentur, & reputantur columen Senatus. Idem in Pæn. Ut volupe est homini mea soror, si quod agit, cluet victoria, id est, victoria tribuatur.

¶ Dicimus etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, quod sepe pro spideo accipitur. Facinora quæclarè post, & diu cluant. Plaut. Pseud. sc. 1.

a. 2. Stratoticus homo. Ibid. sc. 1. a. 4. Dum meus vit victor belli cluat. Idem Amphitr. Res queritur, non clientium fides, cuiusmodi cluat. Idem Men. sc. 2. a. 4. Prudentius, Qui patria virtute cluis. Cicer. de clar. orat. Tum duo Cæpiones multum cluentes consilio, & lingua, plus autoritate tamen & gratia sublevabant.

¶ Interdum etiam pro pugnare. Plin. lib. 15. cap. 29. Depositis armis in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacina habet. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Unde Cluēus, sive Clypeus, à Cluendo Grammatici deducunt.

Cluis, h. e. clarus. Quo modo cluor, pro clarior, in Isidori glossis, vulgo corruptum est: & præcluem Martianus Capella dixit. C. Barthius.

Cluma, sunt folliculi hordei. Festus, **ταύρα, ἄχυρον.**

Clunaculum, Culter sanguinarius: quod ad clunes dependeat, vel quia clunes hostiarum dividat. Author Festus. Sic etiam legendum apud Gell. pro Climaculis.

Cluni, is, sibi in plurali clunes, clunium. Nates sive natum tumor: tam masculini, quam foemini generis. **תְּרִשְׁׂוֹ שְׁבֵשָׁה. מְזָזִי.**

GALL. La fesse. ITAL. Natiche. GERM. Der arsback. HISP. Las nalgas. ANGL. The hippe or buttocke. Juvenalis sat. 5.

tremulo descendunt clune puella.

Plaut. Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Horat.

Quod pulchrae clunes, breve quod caput, ardua cervix.

Hinc Simias, Clunas appellatas volunt, quod clunes tritas gerant. Clūnicūlūs, diminutivum, **τὸ πυγίδιον.** Gellius, lib. 15. cap. 8. Phavorino antiquo oratore Romano, cæterarum avium atque altilium, nisi tantum apponatur, ut à cluniculis inferiore parte saturi fiant, convivium putabant inopia sordere.

Cluna, oppidum est Hispaniae in extremis Celtiberorum finibus. Unde unus ex Hispaniae ceterioris conventibus Cluniensis dictus est: vulgo Ciudad real. Sunt enim septem (inquit Plin. lib. 3.) Carthaginensis, Tarragonensis, Cæsaraugustanus, Cluniensis, Asturum, Lucensis, Braccarum.

Cluo, is, defendo, resplendeo. Cath. Item pugno. Turn. || vide Clueo.

Clupēz, quæ & Clypea dicitur, vulgo Quipia, civitas Africæ propriæ dictæ, in promontorio Mercurii sita, dicta à clypei figura, unde & Aspis dicitur, teste Solino, quod etiam annotavit Hermolaus in Plinium, & Vadianus in Melam. Silius lib. 5.

In clypei speciem curvatis turribus Aspis.

Lucanus lib. 4.

Et clupeam tenuit stationis littora nota.

Ptolemæus verò duas urbes propinquas collocat in Hermaeo promontorio, quarum unam Clypeam, alteram Aspidem appellat. Cæsar 2. de bell. ciu. Is locus abest à clupeis. ¶ Cluēa etiam exiguis pisciculus est apud Plin. lib. 6. cap. 15. qui venam quandam in fauibus Thynni erodens, ipsum exanimat.

Clusaris angulus, Clusare latus, apud rei agrimensoriæ scriptores: & Cludere verbum iis proprium.

Clusini, novi & veteres populi Herruriæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

Clusinūs, dictus est Janus, quod pace templi ejus portæ clauderentur.

Virg. 1. Aeneid.

Claudentur belli portæ, furor impius intus

Sæva sedens super arma, & centum vincitus abenisi.

Clusinum far, adorei, sive farris genus est candidius: ita dictum à Clusio Herruriæ urbe. Col. lib. 2. cap. 6. Adorei autem vidimus in usu, plerunque genera quatuor. Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi. Far, quod vocatur Vermiculum, rutilum, atque alterum candidum: sed utrumque majoris ponderis, quam Clusinum. Semestre, quod dicitur Alicastrum. ¶ Clusinum pecus, pro callida & urbana meretrice posuit Plaut. Trucul. Tu verò, clusinum pecus, advenisti huc nos tentatum cum exornatis osibus.

Clusiolum, oppidum Umbriæ quod interiit: cuius memigit Plin. lib. 3. cap. 14.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam, quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aereo compositos.

Clusium oppidum est Tusciae mediterraneum, ubi Porfenna Herruscorum rex Iepultus creditur. Plin. lib. 35. cap. 13. Vulgo Chiusi.

¶ Clusor, qui gemmas auro concludit. Gloss. A.L. ||

Citsura, vide suprà in Claudio.

Clutum, κλύτην, gloriosum. Fest. Inde Inclutus, sive Inclytus.

Clymēnē, κλυμένη, Oceanis, & Tethys filia, Japeti uxor, teste Hesiod. in Theogonia: de qua Virg. lib. 4. Georg.

Inter quas Clymene curam narrabat inanem.

¶ Fuit & altera Clymene mater Phætonis, ut scribit Ovid. lib. 1. Metam. quæ quum forma valeret, Soli placuit, qui concubitu ejus potitus, ex eâ Phæthonem, & sorores genuit. Ovid. lib. 1. Metam.

Et tulit ad Clymenem Epaphi convitia matrem.

¶ Inde Clymenis, idos, patronymicum, & Clymeneius, a, um: ut, Clymencia proles, id est, Phæton. ¶ Tertia fuit ministra Helenæ decoris oculis praedita, ut est apud Homerum lib. 3. Iliad. Hujus meminat & Ovidius in Epistola Helenes apud Paridem,

Catera per socias Clymenen, ætrāmque loquemur,

Qua mihi sunt comites, consiliūmque duæ.

Clymenos, sive Clymenon, κλύμενος. Herba est fabæ caulem ferens, quadratum, folia plantaginis, folliculis supra caulem in se inflexis, ut in polyporum cirrhis. Ita dicta à Clymeno rege, teste Plin. lib. 5. cap. 7. Vulgaris hodie partim Cypriam, partim Saponalem appellat.

Clypei, ubi imagines proponunt. Trebellius Pollio in vita Claudij, sic ait: Illi clypeus aureus, vel ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum, senatus totius iudicio in Romana curia collocatum est, ut etiam nunc videtur, expresa thorace vultus ejus, ut etiam nunc videtur: id est, quemadmodum etiam nunc videtur.

Clypēus, & Clypeum, sive Clupeus, y, in u, conversa. **כְּלֹפֶה maghén.**  
**אַלְמָא. GALL. Bouclier, targe, rondelle. ITAL. scudo. GERM. Ein schile den man im krieg zun schirm braucht. HISP. Escudo, broquel, ò paves. ANGL. A shield, targe, or buckler. Scutum majus, & tantum peditum, sicuti Scutum equitum, Servio authore lib. 6. Clypeis ante Romanis usi sunt: deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis facere. Dicti Clypei, δάση τη γλύφειον, quod celent totum corpus: vel à clypore, quod est furai ab istibus. Plin. lib. 35. cap. 3. δάση τη γλύφειον, hoc est, sculpto, cælandoque deduxit: ut dicatur clypeus, quasi γλύφειον, id est, sculptus, g, in c, mutata: Scutis, inquit, qualibus pugnatum est apud Troiam, continebantur imagines. Unde & nomen habuerunt clypearum, non ut pervaia Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo (id est, splendendo.) Quò tamen respicere videri potest Plaut. Men. sc. 1. a. 1. Ut splendor meo sit clypeo clarior, quam Solis radii. Ovid. 13. Metam.**

— cum socia clypeum pro classe tenebas.

Et ibidem saepius Plaut. Cura. sc. 4. a. 4. Ita machæra & clypeus juvent. ¶ Clypeum quoque (ut Festus scribit) antiqui ob rotunditatem etiam cornu bovis appellauit, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. ¶ Clypeus, vel clypeum, imaginem quoque significavit, ut veteres Grammatici voluerunt: fortassis inde quod clypei imaginibus pingi & ornari solebant. Vide Scipatrum lib. 1. sua Gram.

Clypēo, as, are: Clypeo munire est. Pacuvius in Harmonia: Currum liquit: clamyde contorta astu clypeat brachium. Nonius citat ex Pacuvio, & Varrone lib. 4. de ling. Lat.

Clypēatūs, Clypeo munitus. **כְּלֹפֶה nosé maghén, ἀληθόφειον, επανθέτη. GALL. Garny de bouclier. ITAL. Armato di brociero. GERM. Der mit einem schilt bewart ist ein schiltman. HISP. Escudo, armado de escudo. ANGL. That is armed with a buckler or shield. Plaut. in Cura. Clypeatus elephantum ubi machæra dilit. Sic apud Virg. 7. Aeneid. Clypeata agmina:**

Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis

Agmina densantur campis.

Clypeata imago Qu. Ciceronis. Macrob.

Clypeocentrum, clypeus centris, & aculeis confixus. Panciro. ||

Clymēs, κλυμένη. Latinè purgatio, sive lotio dicitur, Unde Cataclysmus, dē quo suprà.

Clytæmnestra, κλυταιμνηστρα. Nomen proprium uxoris Agamemnonis, quæ ob amorem Ægypti adulteri virum occidit. Unde etiam ab Oreste filio in patris ultionem fuit occisa: de qua Eutiped. in Oreste, & Homerus in Odyssa.

Clyster, is, κλυσίη, quod & Clysterium, κλυσίον dicitur, δάση τη κλύσειν, quod est ablucere: nam clystere aluum ægrotantium lavare, seu purgare solemus. {GALL. Clystere, lavement. ITAL. Clistero, servitiale. GERM. Ein clister. HISP. Crystel, ayuda. ANGL. A clyster. Plin. Cucurbita infusa clysteribus, intestinorum omnium vitiis medetur. Macer tamen hujus nominis penultimam corripit.

Appositis digitis aut intus clystere fusis: quem ea in re nou imitabimur. ¶ Accipitur item Clyster pro ipso instrumento, quod ad proluenda ventris recrementa fedi inseritur. Ulp. 1. item si obstetrix, D. ad leg. Aquil. Si quis per vim, vel per suum alicubi medicamentum infundit, vel ore, vel clystere, &c. Clysteris etiam usus est ad iniicienda medicamenta in matricem, & dicitur μητρόσιον; & in aurem, vocatürque ἀνθέμιον, i. clyster auricularius, sive (ut apud Celsum scribitur) oricularius. Eo etiam in fistulis vulnerib[us]que utuntur chirurgi: Cels. lib. 5. cap. de fistulis. Rursus lib. 6. cap. 27. Idein humor rosa mixtus in ipsum vulnus auriculario clystere agendum est.

Clytie, vel Clytie, es, κλύτη, una fuit ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe coniubitum Oichamo patri ejus indicavit. Quare iratus Apollo, Clytie gravissimo odio persecutus est. Illa vero amoris impatientia cibo & potu abstinentis, manè Orientem, & vesperi Occidentem spectat

Spectat Apollinem: & quacunque ille iter faciebat, Clytie oculis sequebatur. Unde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in heliotropium. Fabulam hanc refert Ovid. lib. 4. *Metam.*  
Clytius, κλύτης, filius Laomedontis, & frater Priami, ut refert Hom. lib. 20. *Iliad.* ¶ Est & Clytius, adolescentis nomen apud Virgil. lib. 10. *Aeneid.* quem Cydon quidam in deliciis habuit.

C N

Cnason, aeus qua mulieres scalpunt caput. Festus.

Cnection, κνήξιον. Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum, & Amaracum vocamus: quanquam non defunt, qui hanc nomenclaturam adulterinam existimant, & inter eas numerandam, quas inter Dioscoridis notha rejiciunt doctores.

Cnemides, κνημίδης, Oppidum Locrorum, ad sinum Opontium, secundum Daphnuntem, è regione Cæni Eubœa promontori: à quo Locrorum quidam Epicnemidi cognominati sunt. Vide Strab. lib. 9. & Pomp. lib. 2. Plinio Cnemis dicitur singulari numero, lib. 4. cap. 7.

Cnēōrōn, κνημέρων. Frutex est coronarius, cujus duo sunt genera, nigrum & candidum: utrumque germinat post æquinoctium autunale, diuque floret. Hyginus Caſiam interpretatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9. Dioscorides item thymelæam herbam Cneorum, & Cnestum appellat.

Cnephosum, tenebrisum, à κνήφας. Fest.

Cnēūs, κνής per c, scribitur, sed profertur per g. Prænomen fuit Romanis peculiare, à nævo (ut volunt) tractum, quod eo prænomine præcipue nominarentur qui nævum aliquem nascentes attulissent. Festus à Græco γνήναξ deducit.

Cnīcūs, vel Cneccus, κνίκης Dioscoridi, nonnullis κνίκης. Herba est oblonga habens folia incisitis divisa, aspera, & aculeata: ex cuius ramulis divulsis sanguineus effluit liquor. Ruel. Cartam sativum vocat. ¶ Officinis crocus hortensis.

Cnidii moduli, versiculi amatorii. Cerda ||

Cnidōs, κνίδης, vulgo Cabo criò. Est urbs in extremo cornu peninsulae Cariae adhærentis, in qua Venus colebatur: unde Cnidia dicta est: Potest etiam scribi Gnidos, per g. ¶ Est & herbæ nomen, de qua Plin. lib. 21. cap. 16. Unde Cnidium oleum, quod fit è grano cnidio: de quo Plin. lib. 23. cap. 4.

Cnimi, tibia. Lex. gr. b.

Cnios, torsiones indecentes. Gloss. Isid. ||

Cnīpōlōgiūs, κνηπόλογος Arist. hist. 9. cap. 3. dicta quod κνίττες, id est, Cossos venetur. Gazæ Culicilega. Avicula est achanrylis magnitudine, coloris cinerei, ac distincti maculis.

Cnisæ, κνησία. Navale Megarorum juxta Peloponnesum. Steph.

¶ Cnodalum, κνάδαλος, bestia. Volunt propriè esse marinam, quasi κνάδαλον, quod fit ex κνάδαξ, & ἄλλο mare. Sed latè usurpatur de terribus, etiam insectis.

Cnodax. Vitruv. κνάδαξ, centrum, axis, gnomon. ||

Cnōpūpōlīs, κναπόπολης, Ioniae civitas, quæ alio nomine Erythra dicitur. Steph.

C O

Cōā vestis, sive substantivè Coa, in prurali numero, subtilissimum erat vestis genus ex bombyce, adeò tenue, ut corpus pellueret. βαμβούκιον iugener. { ANGL. A thinne kind of cloth of silk. } Dictum à Co insula, vulgo Lango, in qua & bombycem nasci solere, sicut in Cea insula, author est Plin. lib. 11. cap. 23. Ovid. de arte amandi,

Sive eris in Tyriis, Tyrios laudabis amictus,

Sive eris in Cois, Coa decere puta.
Collegit, omnia abstulit præsemina. Plaut. Aul. sc. 1. a. 2. ¶ Ali quando ponitur pro refacio, recrecor. { תְּחִזְקָה chija. אֲרָדָעָמָן, אֲרָדָעָמָן. } Cic. lib. 2. de Orat. Crassus colligendi sui causa se in Tusculanum contulit. Idem lib. 4. Tuscul. Quid est autem scipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum congerere? Quod si alium casum addamus, ut Collegit se in arma, idem est quod paravit, munivitque, οὐειληφ. Animum colligere, Livius lib. 5. d. 4. Colligit se in iram, id est, excitat. Virg. lib. 11. Aeneid.

Substitit Aeneas, & se colligit in armo.

¶ Colligere hastam, id est, hastam reducere, quam antè protenderas, ut hostem ferires. Tacitus. Cum ingens multitudo artis locis hastas non protenderet, non colligeret. ¶ Ali quando ponitur pro percipio, intelligo. Cicet. ad Attic. Ex eo colligere potes quanta occupatione distinetur. ¶ Ali quando pro parare, ut Colligere benevolentiam, existimationem, apud Ciceronem. ¶ Colligere rationem: puto rationem colligit. Plaut. Amph. sc. 3. a. 4. { כְּשַׂרְכִּים chischéim. λεγιζόμενοι. } Dicitur recte computare, ita ut quæ colligenda sunt, colligantur: & quæ deducenda, hoc est, detrahenda, detrahantur.

Longa referre mora est collecta oblivia damnis.

Ovid. 5. Fast. ¶ Item pro Enumerate. Cic. de Orator. Putarem te (inquit) ambitiosum esse, si (ut dixisti) ii quos jamdiu colligis, viverent. ¶ Item pro Complecti. Plin. lib. 36. cap. 2. Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit. Idem lib. 12. cap. 5. Superiores rami in excelsum emicant, sylvosa multitudine, vasto mattis corpore, ut lx. passuum plerique orbem colligant.

Cōllēctio, nis, verbale. { הַדְּבָרִים chibbir, עֲקָל likket, συνδρομή. GALL. Collection, amas. ITAL. Racolta, amassamento. GERM. Das zusammen lassen/samlung zu einander. HISP. Ayuntamiento, cosecha. ANGL. Agathering together. } Cic. pro L. Manil. Ut eorum collectio dispersa celeritatem prosequendi retardaret. ¶ Collectiones etiam dicuntur tumores præter naturam ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus collecti. Plin. lib. 20. cap. 8. In cibo sumptum & illum, collectiones succusque decocti ventrem soluit. Idem lib. 27. cap. 7. Præcipua siccandi ei spissandique vis, & collectiones omnes, inflammationesque cohibendi: de bryo herba. Collectio & vomica. Senec. epist. 69.

Cōllēcta, æ, dicitur etena quæ glossis ἔργον, ut sodalitum, epula, & accubatio epularis juvenum, ut tetradistarum symbolum conferunt. Auson. in epist. ad Paulum,

Aut parasitorum c. llectas Plautiniorum.

¶ Est & alias Collecta, collatio, quæ à convivis in etenam, aut prandium confertur, sive pecunaria, sive penuarla. { תְּסִבְחָה asuphah, σύνδρομος, ἔργον. GALL. Cueillette, cotte, quand chacun contribue & baillé sa part. ITAL. Ragunanza, racolta. GERM. Ein samlung ein ütten. HISP. La cosecha. ANGL. A shotte or reckening, a gathering, & vulgo Scotum, Gallicè l'escot. Cic. 2. de Orat. Quoniam collectam à conviva, Crasse, exigis.

Cōllēctanēus, a, um, quod mixtum est, & ex diverso usu conflatum: ut, Æs collectaneum. { συνδεσμούς. GALL. Ramassé & recueilli. ITAL. Cosa adunata. GERM. Das hin und her zusammen gelesen ist. HISP. Cosa cogediza. ANGL. That is gathered and mingled of many. } Plin. lib. 34. cap. 9. Massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia pars aeris collectanei. Unde collectanea, otum, dicuntur scripta quæ ex pluribus excerpta locis, in unum lecta sunt. Dicta collectanea. Suet. in Cas. cap. 53.

Cōllēctārlüs, δέργαργας ἕτοι κέργατοι δέργαργα ἀλλασσόμενοι, inquit Suidas, id est, argentarius, campor, & pro argento monetam vicissim tribuens. ¶ Acron quoque collectarios pro coactoribus accipit argentiorum. Vide Hotommanni Lexicon.

Cōllēctivūs, a, um, συνδεσμούς, quod colligit. Quint. lib. 7. cap. 2. Rationalita atque collectiva quæstio orietur. Collectitius, aliud adject. Cic. Mario, lib. 7. c. 3. Signa tyrone & collectio exercitu cum robustissimis legionibus contulit.

Colliani, publicani. Gloss. Isid. || forte Collibarii.

Cōlligo, as, simul ligo. { קְשַׁר kashár, תְּדִין tsarár. συνδί. GALL. Lier ensemble. ITAL. Ligare ad uno. GERM. Zusammen binden. HISP. Atar en uno. ANGL. To bind or knit together. } Plaut. in Amphit. Neque cum colligare quivit quisquam in cunabulis. Terent. in Eunuch. Colligavit cum primū miseris modis. Cicet. pro Rabir. Perduel. Lictor colliga manus. ¶ Colligare se cum aliis, per translationem. Cic. ad Pat. lib. 9. Quid faciat tamen non habet, ita se cum multis colligavit, id est, impedivit & irretivit. Cic. in Orat. Aunorum septingentorum memoriam uno libro colligavit, id est, complexus est.

Cōlligatio, verbale: Connexio, vinculum. { קְשַׁר kischer, תְּסִבְחָה machbereth. συνδί. GALL. Liaison de plusieurs choses ensemble. ITAL. Ligamento di più cose insieme. GERM. Zusammen bindung. HISP. Atadura en uno. ANGL. Binding or fastening together. } Cic. 1. Orat. Quin colligationem causatum omnium peripciat animo. Idem 1. Offic. Arctior verò colligatio est societas propinquorum.

Cōlligatum, substantivum: ut, Omne colligatum solui potest, rō dīlīs nās, utrō. Cic. de univers.

CÖLLIMARIS,

**CÖLLIMARÉ**, oculorum proprium est, quum eos in angulum retorquentes, oblique aliquid alpicimus, penitusque in rem aliquam defigimus: quemadmodum sagittarii solent, quum aliquid sibi ad istum designant. { τοκάτω, σύσκην. GALL. Viser à quelque chose, tirer au blanc, toucher au blanc. ITAL. Trarre à mira. GERM. Ruff ein ding überwoech die augen senzen/wie in schu zu seinem zweet. HISP. Tirar à mirada. ANGL. To winkle with one eye and looke streit on a thing with the other, to hitt the marks; to leuell. } Plautus, Collimatis oculis ad umbram meam. Cicer. lib. 2. de divinat. videtur posuisse pro eo quod est, signum oculis destinatum ferire. Quis est, inquit, qui totum diem jaculans, non aliquando collimet? Quamquam non desunt qui collineat ibi malint legere, pro collimet. Gell. lib. 9. cap. 1. At si in editiora mittas, & ad percutiendum superne aliquid, manum & oculos collimes: quod motus à te datus fuerit, cō telum ibit, quod jeceris. Refert verba Cl. Quadrigarii.

Collimitum, à limite, coitio limitum. ||

**Collimite**, vide Collimator.

**Collimitor**, aris, ati. { διαγένει. ANGL. To bound or borderne upon. } ex Cum & limitor. Solinus cap. 25. Gelonis Agathyrsi collimantur. ¶ Dixit verò Ammianus Marcellinus lib. 31. Gelonis Agathyrsi collimant interstincti colore ceruleo corpora simul & etines.

**Collimitatus**, adjективum, { ANGL. Bounded, bordered together. } Solin. cap. 25. Ipsa Phrygia Troadi superjecta est, Aquilonia parte Gallatiae collimitata.

**Colliminium**, ii. { συστροφός. ANGL. The meeting of boundes. } Coitio limitum. Solin. cap. 62. Hoc est colliminum, in quod limes Persicus Scythis jungitur.

**Collinēo**, as, ad rectam lineam ditigo, oculos in scopum intendo, & nonnunquam rem designatam jaculo contingo. { יְמַרְתָּקֶן, תְּחִנֵּן, בְּחִנֵּן. GALL. Tirer droit au blanc, frapper de mans le blanc. ITAL. Veder dritto, dare in brocca. GERM. Stark oder strack auf ein ding schen/oder die augen wenden. HISP. Tirar al blanco. ANGL. To leuell or sett right ag ainst the mark. } Cic. lib. 3. de fin. Ut enim si cui sit propositum collinare hastam aliquò, aut sagittam. Idem 2. de divin. Quis est enim qui totum diem jaculans, non aliquando collineat? Quae lectio plerisque eruditis placet: sed Collimet, potius legendum probat data autoritas Quadrigarii apud Gell. lib. 9. cap. 1.

**Collino**, is, collinivi, collinitum. Idem quod Collino. Vide Lino, & Linio.

**Collino**, is, ivi, & evi, itum. Lino, unà lino. { ήτο tach. καλλέσιο, ουω-αλώ. GALL. Oindre & frotter de quelque chose. ITAL. Stropicciare dolcemente di più cose insieme, come fa chi onge qualche cosa. GERM. Bestreichen / ansalben. HISP. Untar juntamente. ANGL. To rubbe and onersmre with any thing. } Collevisse pugillaria cera. Gell. cap. 9. lib. 17. Colum. lib. 6. cap. 17. Pastinaca que agricallis semiina & succus armoraceæ cum melle collinita oculorum sedant dolorem. Quo in loco legitur collinaria: quae vox est à Collino, is, ivi, itum, ire: siquidem à Collino, collitum esset. ¶ Collinaria item Coinquinare. Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Pulchrum ornatum turpes mores cōno collinunt. ¶ Crines pulvere collinere. Hor. 1. Carm. Ode 15.

**Collinus**, vide Collis.

**Colliquesco**, scis. Liquesco, { δοδον namás. συνθήσαι. GALL. Se fondre ensemble. ITAL. Divenir liquido. HISP. Derretirse. ANGL. To be readie or about to melt. } Colum. lib. 12. cap. 22. Usque cō, dum e. quæ addideris, in pice colliquescant. ¶ Colliquefacio, συνθίσαι. Cic. pro Cuent. In pane datum venenum, faciliusne potuit quā in pculo? latenter potuit additum in aliqua parte panis, quā si totum colliquefactum in potionē esset.

**Colliquiæ, atum**: Vide Collicia.

**Collis**, per duplex ll. Minor mons, à colendo dictus. { גְּבֻעָה gibbāh. βῆρος, ἀρότρο. GALL. Tertre, costau, ou cosse, montagnette, la penchante d'une montagne. ITAL. Colle, collina, monticella. GERM. Ein bühel. HISP. El cerro o collado de monte, pequeño monte. ANGL. A hill, a little hill or hillock. Var. Quod primū ex agro fructus capiebant, Campus dictus est: posteaquam superiora loca colete cōperunt, à colendo Colles appellantur. Cic. 5. Verr. Quos ego campos antea, collésque niri diffissimos viridissimósque vidissim. Idem pro Cuent. Quum quedam in collibus, ut solet, controversia paitorum orta esset. Collis & Mons: idem apud Ca. lib. 3. de bell. civ. ¶ Colles Romæ septem fuerunt: unde & Septicollis dicta eit: Palatinus scilicet, Quirinalis, Aventinus, Cœlius, Viminalis, Exquinalis, & Tarpeius, sive Capitolineus. ¶ Colles item dicuntur dorsi eminentiae, utrinque à spina ( quæ in medio depresso, quandam valleculæ speciem referre videntur ) colliculorum modo extantes.

**Colliculus**, significat parvum collem. λόφος, μύλος. ANGL. A hillock. { Apul. lib. 1. flor. Collicus sepinine consecratus.

**Collinus**, a,um, quod est in colle, quod ad collem pertinet. { ὁ εἰς τὴν στενήν, vel ὁ εἰς τὴν στενήν. GALL. De petite montagne, de cosse, ou costau. ITAL. Cosa di montagna di colle. GERM. Das zu dem bühel gehört/ oder von dem bühel kommt. HISP. Cosa de tal cerro o collado. ANGL. Belon, ing to an o hilllock. } ut, Collina vinea, quæ in colle plātata est. Colum. lib. 12. cap. 21. Ejus destituti sextarius in duas urnas musti adjicitur, si mustum ex vineis collinis est, sed si ex campestribus, &c. Collina vina, in collibus nata. Collinum frumentum. Cels. lib. 2. cap. 18. Collina aqua. Col. lib. 1. cap. 5. Tertia putealis, vel collina, vel quæ non infima valle reperitur.

**Collinæ**, una ex quatuor regionibus urbis Romæ, à quinque collibus quos complectebatur, Viminali, Quirinali, Salutari, Mutuali, & Latiani appellata, authore Varr. de ling. Lat. 4. & eam singulæ quatuor regiones urbis tribum urbanam facerent, Tribus quoque Romanæ nomen est. ¶ Est etiam Collina porta, quæ sicut in colle Quirinali sita, unde & nomen accepit. Ovid. 5. Fast.

Templa frequentari Collina proxima porta  
Nunc decet, à Siculo nomina regre tenent.

Calepini Pars I.

Et posterioribus temporibus Salaria vocata, quod nomen quoque via est, in quam exit Cor. Tertium agmen per Salatiam Collina portæ appropinquabat: per eam saleni Sabini deferebant, ideoque Salaria vocata. Ad collinam portam defodiebant Vestales. Plut. in Numa.

**Colliphia**, panes cum recenti caseo permixti, seu de fermento offerti quibus luctatores & athletæ vescebantur, dicta quasi καλλι, ἡπι, id est, membrorum robur, vel δέσμης καλλι, quod est panis subcincrarius. Juvenal. Satyr. 2.

Luctantur pauca, comedunt colliphia pauce.

**Collobium**: vide Colobium. ||

**Colloco**, as, are: Pono, dispono. { אָסַם sam, תְּמַשׁ schath. τίππαι. GALL. Colloquer, mettre & poser, aseoir. ITAL. Collocare, riponere. GERM. Setzen/an ein ort stellen. HISP. Asentar. ANGL. To sett in a place, to place. } Cic. 7. terr. Ubi ille per eos dies tabernaculis positis casta luxuria collocaret. Idem. 1. Offic. Quamobrem melius apud bonos, quam apud fortunatos, beneficium collocari puto. Idem ad Brut. Maximo clamore atque plausu in rostris collocatus sum. Si sacrificasse illo aigento Jovi, nunquam id æquè bene collocarem. Plaut. Mostel. sc. 3. a. 1. Quatuor viros in soporem collocatis nudos. Idem Amph. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Colloca istam crumenam in collo planè, bis. Qui temeritatem procurat, videt, collocat, agitatque. Idem Men. sc. 6. a. 5. Postquam in tabernam vala, servos collocavi. Ibid. Collocare pecunias gravioribus usuris. Suet. Aug. cap. 39. Suam Julianum Pompeio collocavit. Idem in Cas. cap. 21. & in Aug. cap. 163. & in Calig. cap. 24. ¶ Collocare pronubis tribuebatur, quarum officium erat novam nuptam in lecto collocare. Terent. Deinde illam in lecto illæ collocant. Donatus. Vide an aliquid de ist legitimis nuptiis. Nam & ipsum verbum collocant proptium, & adscribitur pronubis. Catullus,

vōs unus senibus bona.

Cognita bene fæmina, collocate puellam.

**Collocatio**, verb. Dispositio. { תְּמַשֵּׁה tesumeth. διοισ, τηλίσ, ευωμησ. GALL. Assiete, collocation, employ. ITAL. Collocatione, riponimento. GERM. Setzung/stellung. HISP. Aquel assentamiento de uno con otro. ANGL. Setting and placing of things in order. } Cic. 3. de Orat. Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maximè, collocationē primū, deinde modum quendam, formāque desiderat. Colloculēto, as, are: Locupletio. { תְּמַשֵּׁה heheschir. μαλλή. GALL. Enrichir, faire plus copieux & plus riche. ITAL. Arrichir. GERM. Reich machen. HISP. Enriquecer à otro. ANGL. To enrich, to make more riche. } Terent. Heaut. Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci colloquulēasti te Antiphila. Ad Herren. lib. 2. Exornatio est, qua utimur rei honestandæ & colloquelandæ causa.

**Collodis**, insula est Sardiniae adjacent, de qua Plin. lib. 3. cap. 7.

**Collōquōr**, eris, colloqui: Simul loquor. { תְּמַשֵּׁה dibber. ευωμησ. GALL. Parlementer ensemble, deviser, parler ensemble. ITAL. Raggiornare, parlare. GERM. Mit einander reden/gespräch halten. HISP. Hablar uno con otro, parlar. ANGL. To talke or speak to ether. } Extra turbam ordinum colloquuntur simul. Plaut. Amph. sc. 1. a. 1. Certum est homines contra conloqui. Idem ibid. Te volo uxori colloqui. Idem Amph. sc. 2. a. 3. Sunt colloqui qui volunt. Idem Psued. sc. 3. a. 1. Terent. Eunuch. Videbit, colloquetur, aderit unū in unis audibus. Cic. 1. de Orat. Hoc uno præstamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus. Colloquio, verbale. { תְּמַשֵּׁה dabberah. ευωμησ. GALL. Devis, entretien, parlement ensemble. ITAL. Parlamento, parole havute insieme. GERM. Ein gespräch/ein red die man mit ein ander hatt. HISP. Habla uno con otro. ANGL. A talking or speaking together. Cic. 1. Tusc. Nec verò id colloquio hominum, aut consensu efficit.

**Colloquium**, ii: Colloquutio. { תְּמַשֵּׁה dibber. ευωμησ, ευωμησ. ANGL. A talking or communication together. } Liv. 1. ab Urbe, Priusquam dimicent opus esse colloquio. Cic. 2. Phil. Amicorum abscentium colloquia, epistolæ. Plin. lib. 10. cap. 49. Sanguinem quisquis ederit, intellecturus sit alium colloquia. Senec. cap. 15. de consol. ad Helv. Ubi colloquia ( cum filio ) quorum inexplibilis etiam. Colloquia scerere. Vide Sero.

**Colluceo**, es, ere: Luceo. { תְּמַשֵּׁה Zahár, רְאֵה or. רְאֵהוּ, פְּנַיָּה. GALL. Reluire, briller. ITAL. Lucere, splendere. GERM. Scheinen. HISP. Luzzir o resplender. ANGL. To shyne. } Virg. lib. 5. Æneid.

que iam infeliciis Elisa

Colloquent flammis.

Cic. 2. de nat. deor. Nam Solis calot & candor illustrior est quam ullius ignis, quippe qui immenso mundo tam longè lateque colluciat. Ovid. 5. Fast.

Vel quia purpureis colludent floribus agri.

Item, Subitis are colludent ignibus. Sueton. in Aug. cap. 4.

**Colluco**, as, arboris luxuriantes ramos, officientes lumini decidit. { תְּמַשֵּׁה zamar. ευωμησ. GALL. Esbrancher, essarter, couper d'un arbre les branches qui l'offusquent. ITAL. Sboscare; tagliare rami di silva ombrosa. GERM. In einem sinnerin wald die baum erhauben / das es heiter werde. HISP. Podar los arboles. ANGL. To cut of boughs or lop trees. Colum. lib. 2. cap. 22. Neque arbotem fetius collocare permittitur.

**Colluctor**, aris: Simul luctor. { תְּמַשֵּׁה neehaki: ευωμησ. GALL. Lutte en ensemble. ITAL. Gioccare alla lotta, lottare insieme. GERM. Mit ringen. HISP. Luchar uno con otro. ANGL. To struggle or roarle together. } Plin. lib. 27. cap. 2. Cumeo solo collectator, velut partitus invento.

**Colluctio**, verb. { תְּמַשֵּׁה ayug. GALL. Luite contre un autre. ITAL. Lotta, givetto della braccia. GERM. Nutzung. HISP. La lucha de uno con otro. ANGL. Vvrasilng together. } Col. lib. 6. cap. 2. Ne in colluctatione alter alteri noceat.

**Colludium**, idem quod collusio.

**Colludo**, is, ere: Simul ludere. { ευωμησ. GALL. Se jouer ensemble. ITAL. Scherzare, burlare insieme. GERM. Mit scherzen/oder mit andern schimpfen. HISP. Jugar uno con otro. ANGL. To play together. }

together. } Cic. 4. Verr. Nisi tecum collusifler, & tunc potius existimationi servis et quām suæ. Virg. lib. 1. Georg.

*Aut summa nantes in aqua colludere plumas.*

¶ Colludere, est in speciem, ficte, & simulate agere, quod ex animo agere videmur. Hinc prævaricatores dicuntur colludere, quin causam domini produnt: & quam vincere possent, superat tamen se patiuntur. { *οὐσιαὶ εγένεται τούτη ἡ κακία.* GALL. Quand les deux parties qui plaident, ou leurs procureurs s'entendent ensemble, & colludent pour tromper un tiers, joüer ensemble. ITAL. Ingannar l'un l'autre, quando due parti s'accordano per ingannare un terzo. GERM. Wan zwey am rechten ein span mit ein ander haben / vnd sie es mit einander anlegen / das sich der ein überwinden lässt / vff dass der dritt man betrogen werde. HISP. Hazer collusionen el pleyto. ANGL. When two parties which plaideath agreeeth to deceave the thide partie. } Ulp. in l. Et eleganter 7. §. si dolo 9. ff. de dolo malo. Si dolo malo procurator passus sit vincere adversarium meum, ita ut absolveretur, puto actionem de dolo non competere, si paratus sit reus transferre judicium in se sub exceptione hac, Si collusum est, &c.

Collusio, nis, verb. le. Actoris simulata cum reo concertatio. { *οὐμάνισθαι, οὐμάτισθαι.* GALL. Collusion, quand les parties s'entendent pour tromper un tiers. ITAL. Esso litigare o vero provocare insieme per ingannare un terzo. GERM. Schimpff scherzung / oder solche mißhellung an einem Rechtshandel. HISP. Aquella collusion en el pleyto. ANGL. Playing together. } Cic. 5. in Verrem, Quum verò verbo judicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequissimorum collusion cum Decumanis sociis tuis, atque procuratoribus: tamen audes illius judicii mentionem facere?

Collusor, is, qui cum altero ludit. Suet. in Calig. cap. 41. { *οὐμάνισθαι.* GALL. Qui se joue avec un autre, qui fait collusion. ITAL. Chi giuoca con un altro. GERM. Ein schimpfer/der mit eim andern schert. HISP. El que hace aquella collusion, jugador. ANGL. A play fellow. } Cic. 2. Phil. Hanc tu compransoribus tuis, & collusoribus dividebas.

Collusoriè, adverbium: Simulatè. { *οὐμάτισθαι.* Ulpianus l. si servus plurium, ff. de legat. 1. Si haereditatis judex contra haeredem pronunciaverit non agentem causam, vel collusoriè agentem, nihil hoc nocebit legatariis.

COLLUM, pars corporis caput sustentans: à Collo, is, quia haec præcipue pars torquibus ac monilibus ornari consuevit. { *τὸν γάλακτον, δεῖγμα.* GALL. Le col. ITAL. Collo. GERM. Der hals. HISP. El cuello, pescuezzo. ANGL. The necke er craige. } Cic. in Verr. Haec civitas mulieri redimiculum præbeat, haec in collum, haec in crines. ¶ Hinc Decollo & Subcollo, de quibus suis locis. ¶ Legitur & Collus apud Plaut. in Capt. sc. 2. a. 2. Collus collaria caret. Idem ibid. sc. 2. a. 4. Ut ego collos detruncabo tergotibus. Varro. Ut nitens pavonis collus. Lucil. lib. 7. Anseris collus. Collum obstricatum, *τεάχαλος παρεπαραμόδιος*, ieu Collum obtortum, verbum est juris: nam in jus collo consticto tei trahebantur. Idem in Cury. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem. Hicton. Obtorto collo me in jus trahit. Unde qui vi compellitur, obtorto collo trahi dicitur. Cicer. pro Cuent. Nec quicquam prius est factum, quām ut illum persequerentur, & collo obtorto ad subsellia reducerent, ut reliqua posset perorare. Idem 6. Verr. Collum obfringe, & abduce in malam crucem. Plaut. Cury. sc. 3. a. 5. Meum laqueo collum obstrinxero. Idem Aul. sc. 1. a. 1. Cum Amphitruonem hinc obstructo collo traham. Idem Amph. Ob istuc indignum dictum te obstricto collo haec artipiam. Idem ibid. sc. 3. a. 4. Linque collum precor. Ibid. Colloca crumenam in collo plaq. Idem Afin. sc. 3. a. 3. Conjiciam in collum pallium, ut servi Comici solent. Idem Capt. sc. 1. a. 4.

— conjectaque vincula collo  
Accipit.

Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

*Collaque Romana præbens animosa securi.*

Idem Eleg. 2. lib. 4. Trist. Colla abusivè de montibus dicuntur partes illæ quæ infra summum verticem, & supra medium montis apparent, ut colla Parnassi apud Statium lib. 9. Thebaid.

Iamque ferè medium Barnassi frondea præter

Colla tenebat iter.

Colluminatè, *κολλοῦσθαι*, Collustrare. Apuleius de Deo Socratis, Servius Tullius flamma colluminatur à capite.

COLLO, is: Lavo. { *καταρράχειν, νίστων.* GALL. Laver avec quelque chose. ITAL. Lavare. GERM. Waschen. HISP. Lavar, ò lavar puntamente. ANGL. To rinse or wash clean. } ut Colluere os, Colluente dicimus: & Colluere guttur apud Persium. Item Colluere amphoram, apud Catonem de reruſt. cap. 88. Amphoram defricato, colluitoque: puram impleto aqua pura. Plin. lib. 20. cap. 6. Vel si decocta aqua colluantur.

Collūrio, nis, *κολλοῦσθαι* Aristotelis: Galli: è Darneal (quam alii *κολλίον* Aristotelis esse contendunt.) Avis est minor turdo, iisdem quibus merula vicitans. Capitur potius hyberno tempore.

Collūstro, as, are: Circunspicio, illustro. { *εξισωσών.* GALL. Esclairer ça & là. ITAL. Guardare intorno. GERM. Altenthalben woll besichtigen. HISP. Mirar en deredor. ANGL. To behold and looke round or all about. } Virg. 3. Æneid.

*Omnia collustrans, hanc primū littore classem  
Conspexi venientem.*

Cic. 5. Tuse. Ego autem quum omnia collustrarem oculis, animadvertisi columellam, &c. Idem in Oratore. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contrà, alios nitida, lata, collustrata delectant.

Collūtūlo: Fædo, dedecoro. { *ἔρυθρον θηράσθων.* GALL. Souiller & gaster, diffamer & desonorare. ITAL. Sporcare. GERM. Bequiden, verrouïsen / oder entehren. HISP. Ensuziar à afearlo hermoso. ANGL. To defile, to distain ones honestie. } Plaut. in Trinum. Haec famigeratio te honestet, & me collutulet, si sine dote duxerit.

COLLYVÆS, ei, fœm. gen. Sordes, aut immunditia quæ ex concusso aliquas rei contahuntur. { *τούτου τούθος, οὐλάς.* GALL. Amas

d'ordures & fanges. ITAL. Sporchezza, sporcitia bruttura. GERM. Unflat/roust. HISP. Suzio, suziedad. ANGL. Ordure an dirte of sinkes. } Piin. lib. 24. cap. 19. Medetur & suibus hæc effossa sine ferro, & addita in colluviem poturis, vel ex lacte & vino. Colum. lib. 2. cap. 15. Purgamenta quæ colluvies cortis & adficii quotidie gignit. ¶ Colluvies per translationem apud Cic. ad Att. lib. 9. Et te in certamine vinci cum illo facilis patiaris, quām cum hoc in ea, quæ perspicitur futura, colluvie regnare.

Colluvia, nis: Colluvies. { ANGL. Dirte and stink of sinkes. } Cic. pro Sest. Ille nefarius ex omnium scelerum colluvione natus. Colluvio rerum, pro permisitione & confusione. Liv. lib. 3. Ne cui in colluvione rerum contumelie majestatem suam offerant. Syncerum à colluvione servilis sanguinis servare populum. Suet. in August. cap. 40.

Colluvia, orum, dicta sunt in ductibus aquarum, per quæ colluvies & immunditia ejeccuntur. { *ἐξεργία.* ANGL. Sinkes rohely filth passed. } Vitruv. lib. 8. Etiam in ventre colluviaaria sunt facienda, per quæ vis spiritus relaxetur.

Colluvia, porcus dicitur, qui in colluvione nutritur, cibo permisito. Festus.

Collybum, cermation. Glossæ: *νίκησον, εσ.* Itaque sicut auro & argento utuntur scriptores pro aureis & argenteis nummis; ita are pro arcis nummis, & pecunia minutiola. Itaque collybum usurpant pro moneta, & cermation quod est idem.

Collybus, i. { *κολλύβης.* GALL. Change, tare & dechet de l'or ou argent, soit pour le change, ou autrement. ITAL. Il cambio, perdita del aggio. GERM. Verlust in verrechtlung des gelts. HISP. Lo que gana el cambiador con el cambio. ANGL. The loss of money by exchange. } Id detrimentum pecuniae est quod in ratiociniis Emptionem auri appellant, & vulgo Cambium dicitur, quum pecunia ad extreras nationes exportanda est, & apud numularios aliis speciebus commutanda: ut si argentea moneta pro aurea mutetur, aut genera quædam pecuniae obrogata & antiquata, aut quovis modo repudiabilia in una provincia, alio quo genere permutanda sint, rato, receptioque, & promulgato in ea provincia: id enim quod ex summa apud numularium decedit, & veluti deperit, Collybus verbo Graeco appellatur. Cic. 5. in Verr. Ex omni pecunia quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo cerario. Haec omnia, Iudices, non rerum certarum, sed furtorum improbissimum sunt vocabula. Nam collybus esse qui potest, quum utantur omnes uno genere numerorum: Ubi Collybum appellat pecunia permutationem, & nummotum quasi intertrumentum. Collybus, inquit Pollux, *τοπεία ἀκάραν*, id est, pecuniae permutation. Hactenus Budæus in Pandect. At Hortomanus: Collybus (inquit) propriè est minuta pecunia. Cic. ad Attic. De Cælio, vide quæsto ne qua lacuga sit in auro: ego ista non novi, sed certè in collybo est detrimenti satis, &c. Collybo decolorata manus, Sueton. in August. cap. 4. || Anon.

*Collybus in toto magni jam penditur orbe.*

Collybistēs, æ, sive Collybista. { *κολλυβιστής.* GALL. Changeur, banquier. ITAL. Banchiero. GERM. Bischler. HISP. El cambiador que trueca moneda. ANGL. An exchanger of money or banker. } Numularius qui ex pecuniae permutatione quædam facit.

Collybisticus, a, um, ad collybum spectans. *κολλυβιστικός σύμβολα,* literæ cambii. { GALL. Lettres de change.

COLLYRA. *κολλία.* Panis triangulus & modicus, quem Itali Tortam vocant. { ANGL. A bunne or craknelle. } Plaut. in Persa, Collyra facite ut madeant. Gal. lib. 2. cap. 30. ¶ Aliis collyra, parvuli panes mundi, sed & genus fectorum farinaceorum, quæ ut lagana, interdum in sarcagine frigebantur, interdum per se cocta, interdum ex jute comedebantur, ut tabella paniceæ in forbitiuncula.

Collyricus, a, um, adjct. Plaut. in Persa, Tum nisi cremore crasso est jus collyricum. Idem, Quasi in team esse jus decet collyricum.

¶ Collyrida, frustum panis, placenta, Cerdæ.

Collyrides, parvæ collyra. Tertull. ||

Collyrium, *κολλύριον*, medicamentum solidum, & teres ex liquoribus siccisque rebus paratum, ut magdalæ componunt pharmacopœia. Integrum demittitur in vulnera, & fistulas: subjecitur sedi, & glans vocatur; aut utero, aut naribus inditur, & pessarium dicitur: aut liquore solutum, id est, *ὑδροκολλύριον*, oculis illinitur (unde & *κολλία* vocant) vel autibus specillo averso instillatur: aut ejus siccæ & triti pulvis inspergitur, & *ξεροκολλύριον* nominatur. Dicitur vero *κολλία*, quasi, *κολλώσθαι*, à forma mutilata caudæ, aut quia *κολλεῖσθαι*, id est, *κολλύριον* terélique. Celsus de collyrio solidio lib. 5. in cura fistulari, satis vel papyrum intortam, vel aliquid ex penicillo in modum collyrij adstrictum medicamento Megetis illinere. Rursus, Ex quo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulò plenis: idque ea parte, qua tenuius est, alteram antecedente demitti oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendar. Rursus, linimentum in modum collyrii compositum. ¶ De collyrio narium, Galen. lib. 3. de comp. medicam. secundum locos. ¶ De collyrio aurium, idem ibid. ¶ De collyrio fistularum, Aëtius lib. 14. cap. de fistulis. ¶ De Collyrio ani, & vulvæ, Colum. in cura boum, lib. 6. cap. 6. Salis sextans cum decem cepis conteritur, & administrato melle decocto, collyria immittuntur alvo, atque ita citatus bos agitur. Idem, Melle decocto & sale, collyrium tenue inditur foraminis quo meat urina. ¶ De glandibus vide Aëtium in cura dysenteriæ, & Scribonium Largum in cura tenesmi, de collyriis ad instar nuclei pinci. ¶ Collyria ad suffisiones contra tussim & orthopœnam, apud Aëtium lib. 8. ¶ Collyrium solidum, longitudinis quatuor digitorum, figuræ caudæ mutis, apud Oribas. lib. 10. cap. 23. ¶ Collyrium liquidum, Horat. 1. Serm. satyr. 5.

*Hic oculis ego nigra meis collyria lippus*

*Illinere.*

¶ Collyrium etiam peculiariter vocatur quoddam terræ Samiæ genus, diversum ab altero Samio, propterea quod principius ejus usus sit in collyriis. Vide Diosc. lib. 5.

Colmaria,

Colmaria, urbs Alsatix, vulgo Colmar.

Côlo, as, are. { pp̄ zikkék. iñw. GALL. Couler, passer par un saz, ou estamine. ITAL. Colare. GERM. Seigen. HISP. Colar como por coladero. ANGL. To strayne licour. } Manilius,

Et colare vagos induc̄tis retibus amnes.

Est autem colare, pauxillatum liquorem aliquem, stillatimque emittere, vel rem aliquam per colum purgare. Apuleius lib. Flor. de Gymnosophistis. Non illi norunt aurum colere, vel aurum colare, vel equum domare. ¶ Colare amnes dicuntur pescatores, qui retibus piscantur. Manilius,

Et colare vagos induc̄tis retibus amnes.

Vide colum, pro retis genere. ¶ Unde & Cola dicta, vela per quæ liquor emititur, ηθησι. Virg. in Georg.

Colaque pralorum fumosis diripe testis.

COLO, is, colui, cultum. Adoro, venerator. { כְּבָעַתְּבָדֵה chibbedh. כְּבָעַתְּבָדֵה, λατερόν, ηραγόν. GALL. Honorer, avoir en reverence. ITAL. Adorare, riverire. GERM. Verehren/chr entbieren. HISP. Adorar o hazer reverencia. ANGL. To honour, or worship. } Virg. lib. 9. Æneid.

Sumne Deum sancti custos Sorastis Apollo,

Quem primi colimus.

Temporis illius colui sovique poetas.

Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Vtque ego maiores, sic me coluere minores.

Idem ibid. Colere memoriam alicujus. ¶ Item, pro frequentate, ut Colere familiariter aliquem. Senec. cap.... de cons. ad Marc. ¶ Hinc Cultus & Cultura, quam Græci λαργέιον vocant. Colimus item pates amore & officio, ut minores humanitate & beneficiis, hoc est, prosequimur amore, officio, & similibus. Plaut. Cist. Quia me colitis & magnificatis. Terent. Adelph. Et nos coluit maximè. ¶ Ponitur & pro exercere, εἰσκύρων, εἰσπόντων. Liv. lib. 1. Abi, nuntia Romanis Cœlestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit: proinde rem militarem colant. ¶ Item pro habitare. { יִשְׁבַּחֲלָבְּ, σέμαχος, οικέτης. GALL. Habiter, demeurer. ITAL. Habitare. GERM. Wohnen. HISP. Morar. ANGL. To dwell in place. } Plaut. in Autul. Hanc domum jam multos annos ego possideo, & colo. Huncine hic pati colere juventutem Atticam (i. habitare) neutraliter. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Colere in patentibus campis, Gell. cap. 1. lib. 14. Virg. 2. Eclog.

Pallas quas condidit arces

Ipsa colat.

Unde & Cœlicolas dicimus, quod cœlum colant, id est, habitent, tanquam quidam cœli coloni. Item pro diligere. { בְּנֵי אַהֲרֹן, φίλειν. GALL. Aimer avec honneur. ITAL. Amare con honore. GERM. Eis en lieben und zu ehren halten. HISP. Amar con honra, honrar. ANGL. To love or honour. } Terent. in Heautont. Quippe forma impulsu nostra, nos amatores colunt. ¶ Item pro agere, Διεγένεται. Virg. lib. 3. Georg.

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.

Sí animus est æquus, satis est, qui bene vitam colas. Plant. Aut. sc. 4. a. 1. Doli non sunt doli nisi altu colas. Idem Capt. sc. 1. a. 2. Item pro arare. { כְּבָעַתְּבָדֵה, ψηφιασθεὶς, γεωργεῖς. GALL. Labouerer. ITAL. Lavorare. GERM. Dasfeld bauen. HISP. Laborar la tierra. ANGL. To till or husband. Col. lib. 1. Nam ubi sedulò colitur ager. Hinc Agricultor, Agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus suis locis. Item pro ornare, κανθανίζειν. Plaut. Quintu te colis antequam exas domum? Cic. Erat enim non tam gravis, quam elegans & faceta & culta oratio. ¶ Hujus composita sunt Accolo, Circuncolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo.

Cultus, cultior, cultrissimus, adjetivum, { תְּחִדְשֶׁתְּבָדֵה, τερψαθεὶς, γεωργεῖς. ANGL. Neate feate, tricke. } Col. lib. 8. cap. 8. Nam quantò est cultior, tanto latior avis conspicitur. Idem lib. 1. cap. 1. Nam is demum cultissimum rus habebit, qui & colere sciēt, & poterit, & volet. Animus cultus. Cic. 2. Tuse.

Erubui domino cultior esse meo;

Ovid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Cum ferit Ausonia carmine culta lyra.

Idem Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Culte. Idem 5. Fast. non longè à fine.

Quo didic̄t culte lingua docente loqui.

Sen. Nemo videtur dixisse cultiūs.

Cultus, us, verbale est à verbo Colo: unde etiam totidem penè habet significata, quot suum primitivum. Interdum enim Colo significat, terram ad suspiciendum semen præparo. Inde Cultus, est huiusmodi terræ præparatio. { כְּבָעַתְּבָדֵה, γεωργία. GALL. Labourage, labeur, culture. ITAL. Lavoro. GERM. Ein feldbau. HISP. La labranza. ANGL. Husbanding or tilling. } Cic. 2. de Legib. Nullius agricultor cultu stirpes tam diuturnæ seminantur. ¶ Cultus idem quoque significat, quod ornatus, habitus, sive curatio. { יִרְבַּחֲלָבְּ, ηγεμονία. GALL. Ornament. ITAL. Ornamento. GERM. Ziend. HISP. Honra y acatamiento al mayor. ANGL. Decking or trimming. }

Dissimulat cultu natum. Mox, Virginios habitus.

Ovid. 13. Metam. Cultus corporis, cultus animi. Cic. 1. Offic. Ob eásque causas studeat parare ea, quæ suppeditent & ad cultum, & ad victimum. Plin. lib. 33. cap. 1. Fabricarem etiam Deum fabulas, & alia muliebris cultus. ¶ Cultum etiam deorum dicimus, hoc est, venerationem. Græci λαργέιον vocant. Cic. 1. Tuse. Hæc (philosophiam intelligit) nos primum ad illorum cultum, deinde ad jus hominum erudit. Amor cultu optimus. Plaut. Merc. sc. 1. a. 2.

Cultio, onis: Cultus. { ANGL. Husbanding, or tilling. } Cic. 5. Verr. Quid est enim Sicilia, si agri cultionem sustuleris?

Cultum, i, substantivum: ut Pinguia culta. Claudianus in laude Sirena.

Cultor, is, verbale. { כְּבָעַתְּבָדֵה, λατερόν, ιπάτης, ηραγόν. ANGL. A labourer, a worshiper. } Liv. 4. ab Urbe: Famem culto Calepini Pars I.

ribus agrorum timentibus. Cic. 2. de nat. deor. Quid jam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate bellorum efficerari, &c. Idem 1. Offic. Sunt his alii multùn disperas, simplices & aperti, qui nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis iniuncti. Item, frigidæ cultor, Sen. epist. 59. id est, qui amat lavari frigida.

Cultor & antistes doctorum sancte virorum,

Ovid. Eleg. ult. lib. 3. Trist. Tibi & tuis propitiis cœli cultor advenit. Plaut. Amph.

E sacris cultoribus [Bacchi] unum.

Ovid. Eleg. 3. lib. 5. Trist.

Cultrix, verbale femininum. { ηραγόντες, ιεράτες. } Cic. 5. de finib. Earumque augendarum & calendarum quandam culticem esse, quæ sit scientia, &c.

Cultura, æ, cultus. { כְּבָעַתְּבָדֵה habodhah. ιερατεία, ηρεμία. ANGL. Husbanding. } ut Cultura agri. Cic. 5. in Verr. Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus & cultura continetur, &c. Idem 2. Tuscul. Ager quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.

CÖLÖNVS, i, à colendo, qui agrum collit. { כְּבָעַתְּבָדֵה haadhamah. ροτσבְּ roschab. אַתְּוָה. GALL. Metayer, laboureur, fermier, celuy qui habite en certain lieu hors de son pays. ITAL. Contadino, habitatore. GERM. Ein bauersman oder ein einwohner. HISP. Poblador nuevo de algún lugar, morador, o labrador de la tierra. ANGL. That laboreth the round, a farmer., yat duelleth in a place. } Duo significat. Nam aliquando coloni dicuntur, qui à metropoli (sic enim civitas dicebatur, quæ coloniam emittebat,) in alium locum habitandi causa deducabantur: siue non propriis, sed metropolitarum vivebant legibus. Cic. 3. de nat. deor. Quantum Circen quoque coloni nostri Circeenses religose colunt. Virg. 1. Æneid.

Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

Adscribere colonos novos, Cic. 2. Philipp. Assignare agris colonos, idem de lege Agrar. Deducere colonos, ibid. ¶ quandoque vero Coloni agrorum cultores dicuntur, ηαενηρι. Cic. pro Cecin. Qui colonis habuit conductum de Cesennia fundum. Virg. 1. Æneid.

Vt quamvis avido parerent arva colono.

Colum, lib. 1. Comiter agat dominus cum colonis, facilèmque se præbear. Catenarum colonie. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2.

Tyto tellus obessa colono.

Tibul. lib. 4. Colonias prohibitum plus 500. jugera habere. Gell. cap. 3. lib. 7.

Cölonia, æ, dicitur coloni, hoc est, agricultor uxori. { ANGL. A bushand mans wife. Ovid. de Nuce,

Et condit letas parca colona nuces.

Idem 4. Fast. habebat:

Rus breve cum duro parca colona viro.

Item 2. Fast. Rustica Colona.

ignem curto fert rusticæ testu

Sumptum de tepidis ipsa colona facis.

Cölonüs, a, um, quod culturæ idoneum est. { γεωργός. GALL. Donné à quelqu'un pour labourer. ITAL. Cosa da lavorare, o affittata. GERM. Das des ackerbärs ist. HISP. Cosa para labrar. ANGL. That may manheured or husbanhed. } Cic. 5. Philipp. Uti C. Pansa, A. Hirtius Consules, alter ambōe cognoscerent, qui ager colonus esset.

Cölonia, oppidum in quod Romani magistratus ex urbe cives traduxerant, vel quod sine traductione coloniarum jure donatum erat, { γεωργός gheruth. δημια. GALL. Metairie, cense, lieu où on a envoyé gens pour habiter. ITAL. Colonia, habitatione. GERM. Ein zal der leut die man in ein ort hinaus sendt daselbs zuwohnen oder das ort der woohnung selbs. HISP. Puebla o población de algunos estrangeros. ANGL. A grange or farme. } Cax. 8. bel. Gall. In togatam Galliam mittit ad colonias civium Romanorum tuendas. Cic. de lege Agraria contra Ruilum, Hoc in genere, sicut in ceteris Reipublicæ partibus, est operæ pretium diligentiam majorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italæ, sed propugnacula Imperii esse viderentur. Idem 1. Offic. In alias domos, tanquam in colonias excunt. Colonias condere. Vell. Plaut. Aut. sc. 5. a. 3. Ut id quod habeo aurum committet colouiam. Ibid. Quid celso pseudolum facere, ut det nomen ad molas (alias ad molarum coloniam.) Idem Pseud. sc. 2. a. 4. Coloniae autem in Italia duodecimtiga deductæ ab Augusto. Sueton. in Aug. cap. 46. De coloniis pop. Rom. multa Sen. cap. 7. de cons. ad Helv. Vide Gell. cap. 13. lib. 16. ¶ Coloniarum aliae Latine, aliae civium Romanorum dictæ sunt, aliae ex utrisque conflatae: nonnullæ ex peditibus, vel equitibus, quum in agrum captum stirpis audentæ causa mitterentur. Bononia, Latina colonia est. Murina & Parma, Romanorum civium. ¶ Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim novis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii, ut possent habere jus quod ceteræ Latinae coloniae: id est, jus petendi magistratus in civitate Rom. adipiscerentur. Coloniarum autem huiusmodi ratio erat. Quum in urbe Roma multos ex veteribus, novisque incolis, paupertate premi intellecūt erat, adeò ut censui solvendo non sufficerent, Triumviri à Senatu creabantur, qui locis primū consideratis, in quibus Reipublicæ expediter propagnaculum constitui, nova edicta proponebant, dannata esse nomina ab illis qui in novam coloniam deduci vellent: sicutque urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere gravati, ad novas, quibus indigerent, divitias gratis datae cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, sex, aut septem agri jugera, & quandoque plura. ¶ Colonia etiam dicitur agriculturæ locus, & aratoris officium, à colenda terra. Paulus, Servis aestimatus qui coloniae adscriptus est, ad periculum coloniæ perirebbit, l. quaro 54. 5. 2. D. locati. Græccæ ιεραγές πληρ. Plaut. in Pseud. Det nomen ad molariam coloniam.

**C**olonicus, a, um, quod est coloni, seu quod ad colonum pertinet. { 240g-  
249s. ANGL. Belonging to a farmer. } Vatro lib. 1. de re rust. cap. 2.  
Atque etiam leges colonicas tollis. Colonici decuriones. Suet. in  
Aug. cap. 46.

**C**olonicum pecus dicitur hirsutum, quum molle dicatur tectum. Plin.  
lib. 8. cap. 47. Ovium summa genera duo, tectum & colonicum:  
illud mollius, hoc in pascuis delicatus; quippe cum tectum rubis  
vescatur. ¶ Cohortes colonicæ. Cæsar, Cohortes duas quæ co-  
lonicæ appellabantur, quum eò casu venissent, tuendi oppidi causa  
apud se retinuit. ¶ Decuriones colonici. Suet. in Aug. Excogitato  
genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbicis Decuriones  
colonici in sua quisque colonia ferrent.

Colonarium, vel ( ut ab aliis scribitur ) columnarium. Cælius lib. 11.  
cap. 55. In epistolis ( inquit ) ad Atticum, Colonarium esse arbi-  
tror vestigal, quod pro te penderetur rusticæ. De aqueductu, in-  
quit Cicero, probè fecisti: colonarium vide ne ullum debeamus,  
quanquam audio eam illic commutatam esse legem. In eundem  
sensum dixit Cæsar lib. 3. Belli civilis. Haec tenus Cælius enī trans-  
eum quem citat Ciceronis locum ex epist. ad Attic. lib. 13. Verba  
autem Cæsaris ex lib. 3. de bello Civili, hæc sunt: In capita singula  
servorum ac liberorum tributum imponebatur: colonaria, ostiaria,  
frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturae imperabantur.  
Sciendum ramen à plerisque scribi *columnaria*, quod Cælius ipse  
scribit *colonaria*; nempe qui videatur à nomine *colonus* derivare.  
¶ Colobium, κολόβιον, tunica, vestis brevis sine manicis, quasi humero  
tenuis exserta, à κολοβός, mutulus. ]

**C**olocasia, κολοκάσια, saba, Αgyptia latissima habens folia, ex quibus  
Alexandrini sibi pocula conficerre solebant. Pallad. Hoc mense co-  
locasia bulbos p̄nemus. Amant humidum locum, pingue, maximè  
irriguum. Frondes propè semper possunt, si tanquam citrata tegu-  
mentis defendantur a frigore.

Colocasium, neutro genere dixit Virg. in Pollio.

Mistaque risemi colocasia fundet acanho.

Vide suprà in dictione Cibetum.

Colocaurum, Germanæ urbs Ptolemæo.

**C**olocynthis, idis, κολοκυνθής. GALL. Courge sauvage, coloquinte.  
ITAL. & HISP. Coloquinta. GERM. Coloquint. ANGL. A wilde  
gourde. } Sylvestris cucurbitæ genus est, sativâ minus, mediocris  
pilæ magnitudine fructum ferens, purgationibus alvi accommoda-  
tum. Vide Plin. lib. 20. cap. 3. Vulgaris herbariorum Coloquintam  
vocat. ] Est autem colocynthis tanquam diminutivi forma, quod  
minor, id est vilius sit, quam vera cucurbita.

Colomestrum, Romani appellaverunt secundam aconiti speciem, teste  
Dioscoride, quam idem & Cynoctionon, & Lycoctonum, à canibus  
& lupis necandis cognominar.

**C**olon { κῶλον. GALL. Un intestin ou boyau depuis le roignon dextre  
jusques au senestre, passant sur le fond de l'œsophag. ITAL. Vno in-  
testino & budello che cinge i fianchi sotto i rognoni, & passa inver-  
so il fondo dello stomaco. GERM. Der groß darm. HISP. La tripa  
ancha. ANGL. An of the entrailles or pudingges. } Est crassius in-  
testinum, tubulatum, ex quo excrements cum accipiunt colo-  
rem, quo egeruntur, plurimas cellulas atque cavetas habens,  
ad renem sinistrum religatum. Gell. lib. 17. cap. 11. alvum vocat:  
Ac deinde, inquit, aridiora ex iis excrements in alvum conveni-  
re: quod Græcæ κῶλον dicitur. Cels. lib. 1. cap. 8. Laxius intesti-  
num vertit: Et si, inquit, laxius intestinum dolere consuevit, quod  
κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agen-  
dum est, ut concoquat aliquis, ut lectione & aliis generibus exerceat-  
tur, utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis, de-  
nique omni modo frigus evitet: itemque dulcia omnia, leguminá-  
que, & quicquid inflatae consuevit. Est autem Colon, quantum in  
ordine intestinorum, medium inter Cæcum, & Rectum locum ob-  
tinens. Primum per jecoris cava obrepit, ubi folliculum biliis at-  
tingens, illique nonatquam annexum, amarorem colorémque lu-  
teum contrahit: inde paulum exurgens, ventriculi fundo in-  
sternitur: & rursus ad sinistrum hypocondrium contendens, leni  
accumbit: post hæc in posteriora demergitur, cohæretque reni  
sinistro: à quo demum laxius apud coxam sinistram eminet. ¶ Se-  
renus dictioñis hujus priorem syllabam contra artem corripuit,  
quum ait:

Quum colon invisum morbi genus intima carpit,  
Mande Galerit am volucrem, quam nomine dicunt,  
Aut pavidi leporis madefacta coagula pota.

Nisi quis fortè Colum ibi malit legere, Latina terminatione, ut po-  
sterior syllaba per ellipsum absumatur. ¶ Est item Colon Græcis,  
quod Latinè Membrum vocamus: unde per translationem etiam  
membra orationis nuncupantur, quod ex iis, veluti membris con-  
stet periodus. Cic. de claris Orator. Comprehensio & ambitus ille  
verborum ( si sic periodum appellari placet ) erat apud illum con-  
tractus & brevis, & in membra quædam, quæ κῶλον Græci vocant,  
dispertiebat orationem libentius. Hinc Monocolon carmen dicitur,  
quod unimembre est, hoc est, simplex, & ex uno tantum carminis  
genere constans: Dicolon, hoc est, bimembre, quod ex duobus  
versuum generibus constat: & sic de aliis.

**C**olicus, a, um, κωλυγέ: ut, Colicus dolor, qui in colo generatur, & Co-  
licus homo. Plin. lib. 20. cap. 4. Praxagoras & iliosis dandos cen-  
ser: Plistonices & Colicis. Colicum medicamentum ad dolorem  
intestini plenioris. Cellus lib. 1. cap. 14.

Colonæ, Troadis locus est, non procul à Lampsaco Milesiorum co-  
lonia. ¶ Sunt & aliae Colonæ ad exteriorem pattem Hellesponti,  
stadiis centum & quadraginta ab Ilio distantes. Meminit utriusque  
loci. Strab. lib. 13.

¶ Colonarium. Cæl. Rhodig. interpretatur vestigal, quod pro re ru-  
stica penderetur. ]

**C**olona Agrippinensis, Ubiorum civitas potentissima, cis Rhenum  
fluvium sita. { GERM. Köln am Rhein. } Ita dicta ab Agrippina Nero-  
nis matre, quæ ut sociis quoque nationibus potentiam suam ostend-  
eret, in hoc oppidum, ubi genita erat, coloniam ex veteranis

deduci imperavit. Author Tacitus Annal. lib. 12. Coloniae cohotes.  
Cæsar 2. de bell. civil. Vide Carol. Siganum.

Colonis, insula est in fiume Argolico, contra Hermonium agrum, cu-  
jus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

**C**olonus, κολόνος, ager fuit, sive locus editus, non procul ab Athenis, in  
quem Oedipus Thebis exulans dicitur commigrasse: unde Sophocles  
tragœdiā de Oedipi calamitatibus conscriptam, Oedipum Coloneum  
appellavit. ¶ Erat autem hic locus Nepruno sacer, ubi etiam  
equestris ejus statua fuit, quemadmodum & Thesei, Pirithoi,  
Adrasti, & OEdipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui  
à solitudine hominumque odio μισθρωπός cognominatus est. Hæc  
Pausanias in Atticis. ¶ Pollux verò lib. 7. author est, duo hujus  
nominis loca in Attica fuisse: alterum πατεῖον appellatum, in quem  
confugit OEdipus: alterum in foro juxta Eunyfacium, αὐτοποίητον  
cognomoatum. ¶ Unde locus factus proverbio: Serò venisti, sed  
in Colonum ito, ἐψη ἀλλει, ἀλλά γ' εἰς κολωνὸν ἔσος. Dicebatur in  
eos, qui post tempus advenirent, aut qui mercede quippiā facerent.

Colonus, Colonia: vide Colo.

Colopena, κολοπένη. Cappadocia pars est: Sebastam, & Sebas-  
topolim urbes habens. Vide Plin. lib. 6. cap. 5.

**C**olophōn, κολοφών, urbs est Ionia, nobilis oraculo Apollinis. Colo-  
phonii navales opes facies amplas habuere, & in equestribus certa-  
minaibus tantum excelluere, ut victoriam sibi certam pollicerent-  
tur, quibus Colophonius accessisset equitatus. ¶ Hinc factus est  
locus proverbio, κολοφῶνια ιτίδες, hoc est, Colophonem addidit,  
quum summa operi manus imponebatur. ¶ Colophonia ferocitas,  
κολοφῶνια ζέσες. In insolentes, qui ferociter despiciunt, & afflig-  
unt humiliorū fortunæ homines: aut in eos quibus sua feroci-  
tas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia superbiaque ejus gen-  
tis. Diogenianus. ¶ Ex Colophone originem duxerunt Minervus  
tibicen, & poëta Elegiacus, Xenophanes Physicus, & Poly-  
mastus Musicus: quibus nonnulli ipsum etiam adjiciunt Homeru-  
m. Virg. in Cir.

Quæ Colophoniaco Scylla dicuntur Homero.

**C**olophoniæ, κολοφωνία, herba est notiore nomine Scammonia appella-  
ta, succum habens ejusdem nominis. Colophonia dicta à Colo-  
phone Ioniae urbe, unde laudatissima adychebatur. Vide Diosc. lib. 4.  
cap. 152.

Colopani, Pannoniae populi. Plin. lib. 5. cap. 24.

**C**olops Magnus, κολόψος ο μέγας Ptolemæo, Zeugitanæ Provinciæ  
urbs, hodie Giger, regia civitas.

**C**olör, is, vel colos, Objectum proprium visus, pigmentum. { γάν-  
τσεβα, γάντζεβα, γάντζι. GALL. Couleur. ITAL. Colore. GERM. Ein  
farb. HISP. El color. ANGL. Colour. Cic. 2. de Leg. Color autem albus  
principiè decorus Deo est, cum in cæteris, tum maxime in textili.  
Terent. in Eunuch. Color verus, corpus solidum, & succi plenum.  
Ibidem, Qui color, nitor, vestitus. Cie. 3. Verr. Isti color muta-  
tus est, vultus, oratio, mens. Duo sunt principes colores, Albus  
scilicet, & Niger: alii non dicuntur colores, nisi per participatio-  
nem. ¶ Nullius coloris, proverbialiter dicitur, qui modis omnibus  
ignotus est. Ut apud Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. Quem ego homi-  
nem nullius coloris novi. Item, Colores mutare ( de anxiō. ) Gell.  
cap. 9. lib. 15. De forma novi, de colore non quoque novisse. Plaut.  
Cure. sc. 1. a. 2. Ubi caput colorem immutavit, me reliquit. Idem  
sc. 3. a. 1. Obtineat colorem, i. vultum non mutet. Idem Merc. sc. 1.  
a. 2. Jam color inest rebus ( i. Nox. )

Tabulásque coloribus uris ( pictor. )

Ovid. 4. Fast.

— & picta coloribus usis ( puppis. )

Ibidem donec diuturnitas colorem ducet. Senec. cap. 1. de Tran-  
quill. ¶ Colores item appellantur ipsa pigmenta, quibus pictores  
terum imagines delineant, cuiusmodi sunt eretula, purpurissum,  
ceruleum, auripigmentum, cerussa, sinopis, & similia. Plin. lib. 35.  
cap. 6. Sunt autem colores austri, aut floridi, utrumque natura,  
aut mixta evenit. Floridi sunt, quos dominus singenti præstat, mi-  
nium, armenium, cinnabaris, &c. Et paulo pôst, cap. 7. Sed in offi-  
cina imperiè multa differenti silentium comiter suadebat, rideri  
eum dicens à pueris qui colores tererent. ¶ Colores etiam apud  
Rhetores dicuntur ornamenta orationis, id est, figuræ, quæ à Græcis  
γένεται dicuntur & τέχναι. Nam ( ut scripsit Cicero ) sunt actori, ut  
pictori, colores ad narrandum.

Ergo ut defendi nullo mea posse colore,

Sic excusari crimina posse puto.

Ovid. Eleg. 8. lib. 1. Trist. Color narrationis, qui optimus. Quint.  
Item, Colores somniorum, i. probationes ab iis sumptæ. Item, Col-  
or prætextus defensionis unde dicitur. Idem Quint. In toto colore  
dicendi, i. forma & figura. Vide Indicem Quint. Color tertius, pro-  
terium genus, vel gradus. Sen. epist. 76. & 53. Lenociniis, aut coloribus  
polluere formam. Idem cap. 16. de consol. ad Helv. ¶ Hinc ali-  
quem suis pingere coloribus, est talem describere qualis est. Cicero.  
ad Attic. lib. 5. Sic ego hunc omnibus à me pictum arctis coloribus,  
subito deformatum, non sine magno dolore vidi. Horat. in Arte,  
Nec sic emitat tragicō differre colori. Ut nihil intersit, Davus lo-  
quatur, an audax Pythias. ¶ Accipitur item Color pro velamento,  
fuco, prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusatur. Juven.  
Satyr. 6.

Sed jacet in servi complexibus, aut equitis, die:

Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem:

Hæremus. Dic ipsa: Olim convenerat, inquit,

Ut faceres quod tu velles, nénon ego possem

Indulgere mihi.

¶ Dicitur & Colos, sicut Arbos, & Lepos.

**C**oloro, as: Colorem induco & decoloro. { γάντσεβα, γάντζι.  
GALL. Colorer, bailler & donner couleur. ITAL. Colorare, dar colore. GERM. Serben. HISp. Colorar de algun  
color. ANGL. To die or colour. } Cic. 1. de nat. deor. Formare,  
fucare, colorare, animare non posset. Decoloratur id, cuius color  
vitiatur, non mutatur, γάντζεσε, ut est videre in facie ægroti, quæ  
pallore

pallorem contrahit, aut livorem: coloratur id, cuius alia fuit, quam sit, facies. ¶ Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶ Coloratae uvae. Col. lib. 11. cap. 2. Qnum coloratas & pellucidas uvas animadvertisse. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata. Cic. de clar. orat. Quod non est eorum urbanitate quadam quasi colorata oratio. ¶ Coloratus, pro fucato. Senec. epist. 15. Quæ scribit, unde veniant, scio: non sunt facta, nec colorata. ¶ Colorator. Plin. lib. 16. cap. 12. Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem fieri ac colorationem.

Cölörüs, a, um: ut, Coloriae vestes, quæ ex lana non tincta, hoc est, nativo colore factæ sunt. Valla lib. 6. cap. 53.

Colobrasus, nomen hæretici, qui vitam omnium hominum in septem syderibus consistere affirmabat.

Cölüs, κολός, fera est Scythia peculiari, magnitudine inter cervum & arietem, albicante corpore, eximiæ levitatis ad cursum, naibibus potum attrahens. Author Strab. lib. 7.

Colosse, arum, sive Colossi, Strab. lib. 12. κολοσσοι. Oppidum Phrygiae non procul à Laodicea, quod sub Nerone test. Orosio, cum Laodicea & Hierapoli terræ motu concidit. Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 5. cap. 32.

¶ Colosserus, quis dictus ob corporis amplitudinem, & speciem. Caſaub. ad Suet. ¶

CÖLÖSSÜS, κολοσσος. GALL. Statuē de meſurément grande, Colosse.

ITAL. Colosso, statua grande. GERM. Ein grosses bild oder faul. HISP.

Estatua grande. ANGL. An image of immeasurable height. } Dicebatur statua immodiæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete

Lysippi discipulo ex ære, aititudine 1xx, cubitorum. Unde etiam in-

ter septem orbis miracula numeratur. ¶ Hinc colossi magnitudine,

κολοσσοι τὸ μέγεθος. Proverbialis apud Lucianum hyperbole in

homines prægrandi corporis mole. Colossus Neronis. Suet. in Neron. cap. 31.

Cölöſſeūs, adjet. Ad Colossi formam factum, colossi magnitudine, κολοσσαῖος, κολοσσιῶν. GALL. Extrêmement grand, de grandeur immense. ITAL. Di gran statura. GERM. Das in eines grossen bildstöcts form gemacht ist. HISP. Cosa assi grande. ANGL. That is immeasurable great. } Quod significat altum, & ad colossi formam factum. Plin. lib. 35. cap. 7. Nero princeps jussicerat se colosseum pingu cxx. pedum in linteo. Colosseos à magnitudine dictos. Suet. in Calig. cap. 35. Pro eodem etiam legimus Colosseus. Plin. lib. 35. cap. 8. Item duo signa quæ Catulus in eadem æde posuit palliata: & alterum colosicum nudum.

Colosinus color, κολοσσὸς χρῶμα, à Colosse Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. Vide Thylegium in libello de coloribus.

CÖLÖSTRUM, & Colostra, spongiosa lactis densitas à partu prima. κολοστροί. GALL. Caillé, ou caillebot, lait effez, comme le premier qui vient aux mammelles, lait trouble. ITAL. Capo di latte, fior di latte. GERM. Die erste milch geburt. HISP. Colosstro de leche nueva.

ANGL. The first milk in the theates of ter the birth. } Mart. lib. 13. Surripuit pastor, quæ nondum stantibus bœdis,

De primo matrum latte colostra damus.

Palladius, Colostram vocant pastores illud exiguum lactis, in quo est spissior natura.

Cölöſſatō, nis: morbus quo lactantes tentantur, si biduo à partu maternum lac gustaverint, densato in casei speciem lacte. Ideo infantibus statim à partu, nutricis, non mattis lac exhibere convenit, quia mattis exitiosum est. Plin. lib. 11. cap. 41. Pullis carum, ubi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac gustasse, lethale est. ¶ Genus mali vocatur Colostratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Colostrati dicuntur. Plin. lib. 28. cap. 9.

Colostus, nomen pictoris Teii, cuius meminit Quint. lib. 2.

Cölötös, κολότος, vel Colotes, κολότης, Aristoteli lacertæ genus est, quod Latini Stellionem vocant, Itali Tarantulam. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κολατæ dicunt.

Cölös, κολός. Lacus est Lydiæ quadraginta stadiis à Sardibus distans, qui & Gygeus à Poëtis nominatur, juxta quem & Diana templum fuit cognomento Coloënæ, ubi simiæ solemnibus diebus saltare dicebantur. Vide Strab. lib. 13.

Cölpē, es, κολπη, Ionia civitas fuit, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 39.

Cölpös, κολπος, à rei anatomica peritis appellatur ea ubertum pars, quæ in se, tanquam in sinu quodam, lac continet, unde & nomen accepit; nam κολπος Græci sinum vocant, hoc est, littoris obliquitatem, quibusdam veluti brachiis mare amplectentem. Vide Cælium lib. 4. cap. 4.

Colubæ, populi. Plin. inter gentes Indicas numerantur lib. 6. cap. 19.

CÖLÜBÉR, Serpens qui umbras nemorum incolit. { wns næc asch.

öfis. GALL. Coleuvre. ITAL. Serpe, serpente, biscia. GERM. Ein schläng.

HISP. Culebra. ANGL. A serpent lying in the shadow of woodes. }

Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra serpit: Draco, templi: sed saepe confunduntur. Plin. lib. 32. cap. 5. Coluber est in aqua vivens: hujus adipem & fel habentes, &c. Ovid. 15. Met.

nivæque frequens Sinuessa colubris.

Hieron. ad Præfid. Coluber ad bibendum veniens in aqua venenum deponit, ne eum venenum aqua concretum occidat. Nudum hominem timer, vestitum persequitur: caput tamen suum celat, ubi scit esse mortem suam. Serpens quidem si semel calamo percutiatur, moritur: si verò iterum percutiatur, confirmatur: Brumali tempore infirmior efficitur, & à soricibus vincitur. Igitur ante hyemem circa se colligit segetes, ut illæ sibi escam præbeant. ¶ Colubrum in sinu fovere, ὥσπερ τὸ κολπων θάλασσα, dicitur qui complectitur amore, studioque prosequitur hominem ingratum, & aliquando per occasionem nocitum. ¶ Colubram feminino genere dici probat

Nonius ex Lucil. lib. 10. Satyr.

Iam disrumpetur medijs, iam ut Marsu' colubras

Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnes.

Cels. lib. 5. cap. 27. Colubra ipsa tutò estur. Ovid in lib.

Pectoraque unixerunt erebea felle colubras.

Colubrifer, adjectivum, qui colubros fert: ut, Colubriferum mon- strum. Ovid. 5. Metam.

Cölürärä, insula est in mari Ligustico, quæ à Græcis Ophiusa vocatur, vulgo Dragonera. Utrumque nomen ductum est à serpentum noxiiorum multitudine, quibus tota insula infestatur. Plin. lib. 5. c. 5. Ebusi terra serpentes fugat, Colubraria parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus.

Cölam, Vas est ex viminibus contextum ad vinum colandum aptum. { iñp's. GALL. Un couloir. ITAL. Colatoio. GERM. Ein seichten ein geschnit durch welches man sehet. HISP. Coladero para colar cosa sia quida. ANGL. A colander or strayne. } Virg. 2. Georg.

Colaque prælorum fumosis diripe teſtis.

¶ Colum nivarium, vas ex lapide spongioso factum ad colandas ni- ves, apud Matt. epigr. 103, lib. 14. ¶ Colum etiam est genus morbi, quem primus in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur, quem prius ignotus esset. Plin. lib. 26. cap. 1. ¶ Colum etiam est in in- strumento pectorario pro retis genere, quod vulgo Un quarré vo- catur, quia quadratum. Aufonius,

Et jacula, & fundas, & vilica nomina lini,

Colaque, & insutos terrenis vermis hamos.

Unde Colare amnes dicuntur pescatores à Manilio,

Et colare vagos inducitis retibus amnes.

Cölumbüs, Græcis κολυμβης, est urinator: item natatio. ITAL. Columbus, & femina Columba, est avis notissima. { יונאי jonah. סְאַמְגָ' GALL. Coulon ou pigeon. ITAL. Columbo, columba. GERM. Ein taub. HISP. Paloma. ANGL. A dove. } Virg. 2. Æneid.

Principes atra cum tempestate columba.

Martial.

Nec violes teneras præduro dente columbas.

Vide Accipiter. Quasi columba pulli. Plaut. Asin. sc. 7. a. 1. Die meti tibi anaticulam, columbam, catellum. Ibid. sc. 3. a. 3. & Mer. sc. 2. a. 2. Columbarum autem nuptiae & basia. Vide apud Martial. epigr. 66. lib. 12. Varro lib. 3. cap. 7. duo facit columbarum genera, quæ in peristerotrophio esse solent: unum agreste, & ut alii dicunt saxa- tile, quod habetur in turribus ac culminibus villæ, à quo appellatae columbae, quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis captant: alterum columbarum genus clementius, quod cibo dome- stico intra limina pascuntur. Columbae agrestes à colore Liviae di- cuntur, quasi lividae: domesticæ verdè, Cellares. Ex columbo agre- sti, & columba domestica, vel econtrario, nascitur genus tertium columbarum: à nostris miscellæ dicuntur, ob duorum generum commixtionem. Columbos esse in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui semper indulgent. Distinguuntur autem columbae à pa- lumbis, quod hi feri, & majores sint, & in arborebus, aut sepibus ni- dificent: columbae minores, & mansuetiores, ut quæ cibo domestico intra limina pascantur. Unde proverbialiter dicimus, Mitior colum- ba, σεανηρες πεισται, de homine incredibili mansuetudine pre- ditto. Huic simile est, Sedens columba, ιδρην πειλαται. Nam columbae quum avolant, fallunt ceteras perniciate volatus: quum sedent, nihil mitius ac simplicius. ¶ Sunt præterea palumbes columbis lon- gè vivaciores; vivunt enim (ut quidam tradiderunt) in trigesimali, & quadagesimali annum, quum columbarum vita octo ferè anno- rum sit conclusa. Vide Plin. lib. 10. cap. 34. & 35.

Cölumbärä, Oscula columbatim conferere, collabellare. Senec. epist. 115. in versibus Mecenatis: Quid si quis feminae citro cispatae la- bris columbatur.

Cölumbärüs, qui columbas curat. { σειστροτεφος. GALL. Qui a la charge des coulons ou pigeons. ITAL. Chi ha cura di columbi. GERM. Der mit tauben umbgeht. HISP. El que cria las palomas. ANGL. That hath charge of doves. } Varro 3. de re rust. cap. 7. Ipsæ propter pul- los, quos habent, utique redeunt, nisi à corvo occisiæ, aut ab acci- pitre interceptæ: quos columbarii solent interficere.

Cölumbärüm, ii, locus ubi habitant columbae. { תְּבִרָה arrublat, אֲלֵתְרָה, אֲלֵתְרָה. GALL. Colombier, trie ou bou, otte ou chasque pigeon loge. ITAL. Palumbaria. GERM. Ein taubenhauß. HISP. Palomar, lugar donde crian las palomas. ANGL. Dove house or dove coote. } Palladius, Columbarium potest accipi sublimis una turricula in prætorio constituta, levigatis & dealbatis parietibus. Propriæ tam- men Columbarium loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. cap. 7. Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordinem crebra. Columbaria singula esse oportet, ut os habeant quo introire & exire possint. Colum. cap. 8. lib. 8. Paxillis adactis tabulae superponantur, quæ vel locula- menta, quibus nidificent, vel fictilia columbaria recipiant, præposi- tis vestibulis, per quæ ad cubilia perveniant.

Cölumbinüs, a, um: quod est ex columbis. { σειστροτεφος. GALL. De pigeon. ITAL. Cosa de colombi. GERM. Das von den tauben ist. HISP. Cosa de palomas. ANGL. Of doves. } Plin. Columbinus firmus in aqua decoctus. Columbinum ovum. Hor. 2. Ser. Sat. 4. Pulli columbini. Varro 3. de re rust. Qui solent suginare pullos columbinos, quod plu- ris vendant, secludunt eos, quum jam pluma sunt recti. ¶ Colum- binum venenum. Suet. in Caligula, Columbo victori leviter tamen saucio, venenum in plagam abdidit, quod ex eo columbinum appella- vit.

Cölumbärüs, e, adjet. Columbinus. { σειστρο. ANGL. Of a dove or pigeon. } ut Columbare sterces, & columbaris cella. Columell. lib. 9.

Cæterum cibos juxta patietem convenient spargi: quoniam ferè par- tes hæ columbari carent stercore.

Cölumbärüm, adverb. Ad similitudinem columbarum, σειστρο. Unde Columbarium oscula jungere, frequens est apud Catullum. ¶ Utitor etiam Marius in Mimambis, Sinuque amicam recipere frigidam caldo, columbariumque labra conferere labris. Refert Gell. cap. 8. lib. 20.

Cölumbär, genus vinculi. { ANGL. The pillory. } Plaut. in Ruden, Ill. c in columbam cerdo leno vertitur. Nam in columbari collus haud multò post erit.

Columbulus, diminutivum: Parvus columbus. Plin. epist. 101. Tu

passeris & columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas.

Utitur & Catuli. epigr. 27.

Columella, cuius inscriptio prænominis L. Moderatus Colum. Gaditanus genere: scripsit abolutissimos libros de re rust. temporibus Claudi principis.

Columellæ, vide Columna.

Columellæ dentes, caninis proximi. *οἱ πρῶτοι τῶν οὐρῶν ὁδοί εἰσι, οἱ δεύτεροι, οἱ τρίτοι.* Varr. lib. 2. de re rust. cap. 7. Incipientes quartum agere annum itidem ejiciunt, & totidem proximos equorum quos amiserunt, & incipiunt nasci, quos vocant Columellares. { GALL.

Dents maschieries. } tuus.

Columen, inis, à Columnis: id est, Culmus, culmen, fastigium. { טַרְוָשׁ, יְבָדָמֶת mischán. σύλαθρος, οὐροφόρος. GALL. Support & appuy, sur quo est soustenué & appuyée quelque chose. ITAL. Colmo, tertio, summum de alcuna cosa. GERM. Ein saulender stū. HISP. Cumbre de cosa alta. ANGL. A prope, or topo. } || Catull.

Æmathis column Peleu, cui Iuppiter ipse. ||

Varr. de re rust. c. 7. Quod habetur in turribus, ac columninibus villa. { Per translationem accipitur pro sustentatione, ornamento, & salute. Terent. in Phorm. Bone custos salue, column nostræ familiæ, cui commendavi filium hinc abiens meum. Ubi Donatus, Columna familiæ, sustentatio, decus: unde Columnæ dictæ. Plaut. in Cist. Sed ecum egreditur senati column, præsidium populi. Livius lib. 6. ab Vrb. Consulatus, ait libertatis & column.

Columis, e: Sanus, integer. { εὖ. GALL. Sain, entier. ITAL. Sano, salvo. GERM. Gesund. HISP. Entero, sano y rezio. ANGL. Whole, in good health. } Planus in Trin. Neque ita, ut sit data, column te sistere illi & detraxisse autem. Inde in columnis pro codem, quod est usitatus. Florus lib. 7. Liberavit eos & columnas reduxit.

Columna regia, civitas in agro Brutio, ut est apud Pomp. lib. 2. Hunc locum Græci σπλάνη vocant, id est, Columellam. Ea turriculæ modo erecta, ex adverso turrem in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Columna aurea, locus Romæ. Vide Milliarium. Columna rostrata. Livius lib. 2. d. 5. & Suet. in Galb. cap. 22.

COLUMNA, dicta quod culmina sustineat. { תְּמִימָה hammādh. σύλαθρος. GALL. Colomne, pilier, pilastre. ITAL. Colonna, pilastro. GERM. Ein sauloder stū. HISP. Coluna, pilar. ANGL. A piler. } Pilaria vulgo à nostris vocatur. Inter columnas, κίονες, & Pilas, σημαῖαι, hanc differentiam esse volunt, quod columnæ uno scapo constant, id est, lapide oblongo perpetuo: pilæ autem structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Non raro tamen etiam structiles columnas apud veteres legimus. { A columnæ fit Intercolumnium, μεταστήλιον, quod est spatium inter columnas. Liv. ad Her. Ædes, intercolumnium, angulum, fornicem. Columnatum tria sunt genera, teretes, quadrangulæ, steriatæ. Quæ superponuntur columnis, Epistylia, hoc est, capitella: quæ supponuntur, Bases, sive Spiræ dicuntur. Ipsam autem columnæ corpus, Scapus vocatur, teste Budæo. Antiqui, teste Quintiliano, columnam dicebant, detracta n. litera, pro Columna. Unde per diminutionem Columnella dicitur, pro Columnella. Cæsar 2. bell. civ. Primum trabes in solo æquè longè distantes inter se pedes qui ruor collocantur, inque eis columellæ, pedum in altitudinem quinque, desiguntur, &c. Columnis dejici operas araneatum. Plaut. Asin. sc. 4. a. 2. Edificat, columnam mento suffulcit suo. Idem Mer. sc. 4. a. 2.

Columnæ, adject. Columna sustentatus, στήλωσις. Varr. 3. de re rust. cap. 5. Inter eas piscinas tantummodo accessus semissa in tholus, qui est ultra rotundus, columnatus, ut est in æde Catuli, si pro parentibus feceris columinas.

Columnatum os poëtæ, ut de Nævio dicebatur, qui commentando scribendoque solebat mentum manu tanquam columnæ fulcire. Plaut. in Menech. Nam os columnatum poëtæ inesse audiri barbaro, cui bini custodes semper totis horis accubant.

Columella, diminutivum est à columnæ. { σημιδία, κιονίδιον. GALL. Perite columnæ. ITAL. Colonella. GERM. Ein seul. HISP. Pequeña columna. ANGL. A little pillar. } Cic. 1. de legibus. Nam super terræ tumulum noluit quid statui nisi columellam tribus digitis altam. Cato cap. 10. Trapeti columellam ferream quæ in milliaro stat. { Est & cognomen L. Moderati, genere Gaditani, qui de agricultura tam versu, quam prosa elegantissime scripsit. } Appellatur præterea Columnella à medicis quædam veluti pellicula in fine palati dependens, ut in hiante homine conspicitur: quæ si inflammetur, & tertem natæ fuerit figuram, Columnella, κίονες: si verò rotundam, Uva, σαφυλλη appellatur. { Invenitur etiam scriptum Columnella, pro Columella. Columnatio, Columnarum exstructio. { στήλωσις. ANGL. Building or propping with pillars. } Apuleius lib. 3. Florid. Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem: pavimenti marmoratio? proscenii contabulatio? scenæ columnatio?

Columnarium, vide Colonarium.

Columnae Herculis, Ἡρκείου στήλαι, duæ esse perhibentur in Occidente: quia ex Oceano mare nostrum intrantibus, duo montes occurunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant: alterum in Europa Calpen. Hos quondam junctos perpetuo jugo fuisse fixerunt, sed Herculem diremisse colles. Aliqui tamen hos montes procul spæstantibus geminas columnas videri dicunt. Alii dicunt columnas Herculis in Gaditana insula fuisse ex ære octo cubitorum, ad quas proficisci solebant qui navigationem absoluissent, tanquam Herculi facientes. { Ad Herculis columnas, Ἡρκείου στήλαι, jam olim Proverbio dicebatur, ut admonet Pindari interpres. Sic enim vulgo dici solere, οὐτε πατέρες, οὐτε γένεται: id est, quæ ultra Gades inaccessa. Quo significatur, ultra columnas Herculis non esse quod progrediare: si quis ergo præterea quidquam laudis requirat, id perinde esse, ac si quis ultra Columnas ab Hercule fixas conetur transire.

Columus, à veteribus dicebatur qui nunc Culmus, || quod colatur, seu colendo producatur frumenti calamus à radice ad spicam. { GERM. Ein Kornstengel/ spiffel/ Halm. } ANGL. The stemme of cornes erome the roote to the eare. }

Columnus, a, um, κολυμβός, dicitur quod est ex materia coryli, teste

Servio in illud Virgilii,

Pinguiaque in verubus torrebimus exta columnis.

Festus tamen à corno arbore deduci ait, his verbis: Columna hastilia ex corno arbore facta potius, quam ex corylo.

Columi, duo sunt circuli in sphæra sese mutuò ad angulos rectos sphærales secantes, ad polos mundi, & Zodiacum ita transeuntes, ut alter per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta sui conversione: à κέλη, quod est mutilum, mancum, imperfectum, & ἔγχη, coda: quod imperfecti omnibus, qui sub æquinoctiali non sunt, & tanquam coda præcisa apparent. Boëthius de Arith. lib. 2. & Macrobi. in somn. Scip. ¶ Colura quoque animalia sunt caudam non habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificiis non offerebantur.

Colus, i. masculini generis. Tormenti genus, quod fit ex corio: sicut scribit Festus.

Colus, us, & i. fœm. gen. Instrumentum quod pensa continet, à quo fuso fila discuntur, habetque penultimam correptam. { καλαμάτη, ἀτεργατίς. GALL. Vne quenoisille. ITAL. Rocca da filare, conochia. GERM. Ein kunkel. HISP. Rucca para filar. ANGL. A distaff. } Ovid. 4. Met.

Et colus, & fusus digitis cecidere remissis.

Cic. 2. de Orat. Quid tu Ægylia mea, quando ad me venis cum tua colu, & lana: At Virgil. 8. Æneid.

Cui tolerare colo vitam, tenuique minerva.

¶ Colustra, νεροφόρος. Gloss. Lac. est igni coctum: νερόντας. An igitur à calore: aut à γάλα? aut, quod crassum est, ut colari id ferè sit opus? Palladius habet colostra, & exponit, exiguum illud lactis, in quo est spissior natura. Prima tamen syllaba est brevis, Martial. in Xenii.

De primo matrum lacte colustra damus.

Hes. habet καλαθος, pro φαρε, micas, frustula. Colostrum est quasi lac fructulentum, dum igni coctum est. Plinio dicitur spongiosa densitas lactis. { Lac novum in mammis. Non. cap. 1. n. 117. }

Colutea, κρανύα. Arbor sylvestris apud Theophr. 3. de plantis, fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni àtare haud temere alibi, quam in Lipara insula nascebatur: hodie etiam in Gallia passim provenit, Baguenanda nomine vulgo nota. Vide Ruell. lib. 1. cap. 7. Colureum autem, neutro genere. Plautus in Persa, sc. 3. a. 1. videtur appellasse quoddam mali genus: Commisce (inquit) mulsum: struthæ, coluteaque appara. Alii interpretantur Tragemata, seu bellaria.

Colycæ, rum, specus quædam, in quibus aphronitrum invenitur, teste Plin. lib. 11. cap. 10.

Colymbades, { κρανύαδες. GALL. Olives confites, qui nagent en saumure. ITAL. Olive condite. GERM. Ein gebeyze oliven. HISP. Azeytunas. ANGL. Confit ed olives which swimmeth in sauce. } Vocabantur oliva quædam conditæ, δὲν δικρανύαδες, quod innatæ est: propterea quod propter suam levitatem falsilagini innatabant. Plin. lib. 23. cap. 3. Colymbades sordida ulcera purgant, inutiles difficultibus urinæ. Quæ autem conditæ ratione hoc oliva genus solcat parati, vide apud Ruell. cap. 104.

Colymbus, κρανύαδες, vel κρανύαδες, & κρανύαδες. Avis est, quæ à Gaza Utinatix vocatur apud Arist. Gallis Cotœ. Est ex palmipedum numero, circa lacus amnesque versatur, sed foris parit. Eius meminit Athenæus lib. 9. cap. 19. cui μικροκρανύαδες est inter omnes aves aquaticas minima, atque & sordidi coloris, rostri acuti, cujus oculi spectantur, membra vero merguntur. Vide Vria. { Est & piscina, natatio, κρανύαδες. Item locus ubi vestes mundantur. Prudentius de fonte.

Nunc pretiosa per marmora, lubricatque elivum,

Donec virenti fluctuat colymbus.

Ita vocat aquæ conceptelam. Lamprid. in Heliogab. Marinæ aquæ colymbos exhibuit. Ubi colymbus est natatio, ut etiam in Græcis, κρανύαδες, & κρανύαδες, vel κρανύαδες, nato. { Est etiam Colymbus, vel colymbum, i. numismatis genus.

Colyrtus, κρανύαδες. Viri nomen, de quo vide in Dionia.

¶ Com, præposit, inseparabilis: ex Cum. Vide Com. ||

COMA, x: Capillus, interprete Fefto, aliqua cum cura compositus. { στήλη τσαμμά, στήλη τσισθ. κέρας. GALL. Perruque, ou chevelure. ITAL. Chioma, zazzera. GERM. Das haar. HISP. Cabelladura. ANGL. The bushy of head heare. } δὲν δικρανύαδες, hoc est, ab ornando dictus: unde & Comere Latini deduxerunt. Cic. 3. Tusc. Scindens dolore identidem intonsam comam. Ovid. 2. Met.

Permuletque comas, chlamydemque ut pendeat aptè

Collocat.

Juvenalis,

Atque supercilio brevior coma.

de Stoicis tonsis ad cutem. Et à Luciano εὐρετούρειον dicitur petiotionem Stoicus. Circumtondere comam, εὐρετούρειον τὸν κρανύαδες, Græcis in proverbio est, pro eo quod est ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, ut eis non sentientibus, cæsaries circumtendeatur. Lucianus,

Abiuncta paulo antè coma mea fata sorores

Lugebant.

Catull. de com. Beren. Antiquas comas. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

¶ Servus quum sis, comam geris, δέλτα δέλτα λιγύας, de eo qui præter decorum quippiam faceret. Aristoph. in Avib. & Suidas.

¶ Coma metaphoricæ etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, arque etiam herbis dicitur. Virg. 4. Georg.

Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi.

Ovid. 2. Amorum,

Frigidaque arboreas mulceat aura comas.

Et alibi:

Sustulerat nullas, ut solet herba comas.

¶ Transfertur & ad faces. Catullus in Epithalam.

Viden' ut faces splendidas quatint comas.

Sic Sol à poëtis dicitur Auricomus.

Comans, antis, participium sine verbo: qui longiorem habet comam, κρανύαδες. Plin. lib. 10. cap. 63. Equæ comantes gloria superbunt. Virg. 12. Æneid.

fis

*sic fatus, deinde comantem  
Androgei galeam, clypeique insigne decorum  
Induitur*

Equorum colla comantia, apud Virg. *ibid.*

Comatūs, a, um, participium sine verbo: qui longiorem habet comam.  
¶ *κομάτης. GALL. Chevelu, ayant longs cheveux. ITAL. Capelluto con gran chioma. GER M. Das vil haar hat mit langen haaren. HIS P. Cosa de luengos cabellos. ANGL. That hat long heare.* } Comata uxoris. Suet. in *Calig. cap. 25.* Calvis, quād comatis non minus molestum pilos velli. Senec. *cap. 8. de Tranq. Mart. lib. 1.*

*Calvus quād fueris, eris comatus.*

Sylva comata, Cat. *Epig. 4.* Unde

Comatūlūs, diminutivum à Comatus. Et Hieronymus Comatulus pueros dixit.

Comōsūs, a, um: coma magna prædictus. { πολύκομης. GALL. Fort chevelu, ayant force branches et feuilles. ITAL. Capelluto, con gran chioma. GER M. Harechting. HIS P. Cosa de luengos cabellos. ANGL. That hath a great bush of heare. } Plin. *lib. 16. cap. 8.* Hemeris vocatur, brevior, & in orbe comosa. Idem *lib. 29. cap. 26.* Comosissimum ex omnibus cauliculis.

Comā, atis, κομής. Morbus gravem ac diuturnum inducens somnum, quem Latini Veterum interpretantur. ¶ Est & altera Comatis species quam Vigilantem soporem nonnulli appellant, quād neque lumen, urgente somno, attollere; neque tranquillē dormire possumus, aliis atque aliis imaginationibus somni tranquillitatē identidem interpellantibus. Author Galenus in eo Commentatio, quem de *Comate nominatim inscripsit.* { GALL. Insomnie, inquietude. }

Comō, is: vide suo loco.

Comāgēna, vel Comagene, κομαγηνή, pars Syriæ, supra Ciliciam in ottum sita, trans Amanum innotem, excurrens usque in Mesopotamiam, à qua Euphrate fluvio dirimitur. ¶ Hinc Comagenum medicamentum dictum est, quod siebat ex adipe anserino, in vase æreo cum cinnamo multa nive obruto, addita etiam herba quā Comagene appellatur. Plin. *lib. 10. cap. 22.* Reperit Syriæ pars, quā Comagene vocatur, adipem anserum in vase æreo cum cinnamo multa nive obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad usum præclari medicaminis, quod à gente dicitur Comagenum. Idem *lib. 29. cap. 4.* Fit ex anserum adipe medicamentum in Comagene Syriæ parte, cum cinnamo, casia, pipere albo, herbi quā Comagene appellatur, obiutis vase nive, odore jucundo, &c. Comagenus, a, um. Juven. *Sat. 6.*

*Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi*

*Testamentum ingens, calida pulmonē columba*

*Tractato, Armenius vel Comagenus aruspex.*

Comāgēne, herbæ nomen, de qua dictione vide præcedentem.

Comana, orum, civitas est in convallibus Antitauri montis insigni Bellonæ fano celebris. ¶ Inde Romani dicuntur faci servi Bellonæ, quorum Strabo sua aetate supra sex millia fuisse tradit, qui omnes facerdotis imperio parebant, & statim quibusdam Bellonæ festis sese mutuis laniabant vulneribus. ¶ Fuerunt & Comata Pontica, eadem dea consecrata, fani etiam exemplo à Comanis Cappadociae sumpto, in quo etiam simili ritu Bellonæ sacra siebant. Utiusque est author Strab. *lib. 12.*

Comarchus, nec Demarchus. Plaut. *Cure. sc. 5. a. 2.*

Comārōs. { κομάρης. GALL. Arbosier. ITAL. Corvezzolo. HIS P. Madrōño, arbol conocido. ANGL. A wilding tree, or crabbe. } Arbuti genus est, cuius etiam pomum Græci κριώπη appellant, Latini Unedonem. Plin. *lib. 15. cap. 24.* Duobus Unedonem nominibns appellant Græci, Comaron & Memecylon. Ex quo appetet totidem esse genera & apud nos.

Comati, populi inter Scythas, ad Caspium mare incolentes, quorum meminuit Pomp. Melalib. 2. in descriptione Asiae.

Comatus, i, κοματης, portus c. ad sinum Ambraciūm, juxta Nicopolim Isthmum stadiorum setiginta efficiens. Author Strab. *lib. 7.*

¶ Comas, cervi hinnulus, L. M. ¶

Comātā-Gallia, uno nomine appellata est omnis Gallia Transalpina, à studio nutriendæ comæ: sicut Narbonensis Gallia, Brachata dicta est, à Brachis vestimenti genere, quo regio illa peculiariter utebatur. Plin. *lib. 4. cap. 17.* Galliam comatam in tres partes dividit, omnino distinctas. Inter Sealdem & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garumnam Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunensem Galliam appellant. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitaniam vocat. Ex hac descriptione satis constat, Galliam omnem quā à Cesare describitur, uno nomine vocari Galliam Comatam, excepta fortassis Romanorum provincia, quā Gallia Brachata dicta fuit.

Comē, es, κομή. Asopi filia fuit, quā prima ænæam armaturam traditur invenisse: unde & Chalcis est cognominata: à qua etiam Chalcidi urbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ovid. *lib. 7. Metam.*

*Adjacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis,*

*Ophias effugit natorum vulnera Combe.*

Comēnnōnēs, interprete Festo, dicti sunt in eadem benna sedentes. Benna autem vehiculi genus fuit, Gallis præcipue usitatum. Vide *Benna.*

Comēbō, is, simul bibo, compoto, bibo, imbibo. { ουμίνω. GALL. Boire ensemble. ITAL. Fever in compagnia. GER M. Mit ein ander trinken. HIS P. Beuer juntamente. ANGL. To drink together. } Plin. *lib. 17. cap. 11.* Ut solem, pluviāsque combibant. Col. *lib. 12. cap. 10.* Quād quād jus combiberit, simili mistura vas suppleatur. Ovid. *epist. 11.*

*Et cogor lachrymas combihere ipsa meas.*

Combibere attes, per translationem. Cic. 3. de finib. Sed tamen infici debet his artibus, quas si, dum eit tener, combiberit, ad majora veniet paratior.

Comēbō, nis, masculini generis. Compotot. { ουμένως. GALL. Compagnon à boire. ITAL. Compagno à bere. GER M. Ein trinkler/zechgesell. HIS P. Bevedor con otro. ANGL. A cuppo companion. } Lucil. *lib. 26.* apud Non. Quandoquidem reperi magnis combibonum ex

cōpiis. Cicet. Pato lib. 1. In his controversiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

|| Combina, suidæ κομψία, mandata nomine animalium publico cursui dicitinorum, οὐρανός, quād bina jumenta junguntur. ||

Comēbō, is: Conjungo, conglutino, duplico. { οὐρανός. ANGL. To shoulder or glue together. } Sipontinus. Sidon. lib. 9. ep. 8. Obsequia combinans numeris æquata, non meritis.

Combinātio, quam Græci ιστιζεῖ, vocant, quād in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Virg. 9. Aeneid.

*Me me adsum qui feti.*

Combinatus, & compolitus, apud Diomedem Grammat. lib. 3. cap. de Pede.

Combretum, herba est baccari similis, sed procerior, foliorum exilitate usque in fila extenuata. Author est Plin. lib. 21. cap. 6.

Comēbō, is: ex Con & uro, b, interposita, simul cum aliis uro. Uro, cremo, exuro, inflammo, incendo. { קְרָבָר saraph, בְּרָבָר beher. אַתְּגָה, πυρωτός. GALL. Brusler tout, faire arde ensemble. ITAL. Abruciare, consumare. GER M. Verbrennen. HIS P. Quemar, ò quemar juntamente. ANGL. To burn all together. } Cic. pro Cœl. Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam lucret, combustus est.

Idem de nat. deor. Libri Protagoræ in concione combusti. Et ad Quintum Fratrem lib. 1. Fumo ut combuteretur, tota plaudente provincia. ¶ Et per translationem, Plaut. in Mil. Nam ibi nimis calor comburebat gutturem. Et Aul. sc. 3. a. 2. Nostras ædes postulas comburere. Idem Cure. sc. 1. a. 2. Fumo comburi nihil potest, flamma potest. ¶ Comburere diem, jocose dixit Plaut. in Menach. Clam uxorem ubi sepulchrum habeamus, hunc comburamus diem: ubi innuit, ut genium cutemus, cœnemusque exacto die, velutque mortuo. Nam & mori dies & componi dicebatur. Papinius,

*Iam moriente die rapuit me cœna benigni*

*Vindictis.*

Virg. in Bucol.

*Ante diem clauso componet vesper Olympo.*

Combustura, x, κομψός. Apud Serenum caput inscribitur, de combusturis igne, vel frigore. Plin. dicit, ad ambusta.

Comē, herba est, quam Barbam hircinam vocant, à comæ similitudine, quād folia in circuitu spargat. τεργανάρια. Plin. lib. 21. cap. 15. & lib. 17. cap. 13.

Comēdo, is, & Comedo, comes, comeſt, in infinito Comēdere, vel Comesſe: Edo. { לְכַדֵּן achál. τέρατος, ἴδιος. GALL. Manger. ITAL. Mangiare. GER M. Essen. HIS P. Comer. ANGL. To eat. } Martial.

*Scevola tu comedis apud omnes, nullus apud te.*

Comedunt quod habent, Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4. Si deorsum comedent quicquid coxerint. Idem Aulul. sc. 4. a. 2. Faxo haud multum prandium comedenter. Idem Menach. sc. 2. a. 3. At tu ne clam me commesses prandium propertato absente me comedere prandium. Ibid. sc. 2. a. 4. Sine modo eum venire salvum, quem absentem comes. Nec verisimile loquere, nec verum: commesse quemquam absentem ut quispiam possiet. { Idem Most. sc. 1. a. 1. Ut ego potius comedam illud argentum, quam ille. Idem Cure. sc. 4. a. 4. Jamne illum comesurus es, dum recens est, dum caler. Idem Pseud. sc. 7. a. 4. Idem in Trin. Quod ebibit, quod comedet, quod facit sumptu. Cic. Sed ad extremum pollicetur prolaturum se quād comedet. ¶ Supinum Comesum & Comestum. Salust. Comes matrimonia. Comeſa patina. Ubi translata ponitur pro consumere, dissipare.

Comēdim, pro Comedam, scripserunt veteres: quod & Nonius obseruavit. Plaut. in Bacchid. Quod dem scortis, quādque in lustris comedim congræcer pater. Cic. ad Patrum: Cura, si me amas, ut valeas: ne ego te jacente bona tua comedim. Comesſes, pro comeſis.

Comēdo, nis, & Comēsus, i, qui bona sua consumit, ut interpretatur Festus. { לְכַדֵּן zolél. τέρατος. GALL. Goulu, gloton, qui dépense tout son bien. ITAL. Vn gran mangiatore, divoratore, che mangia tutto ad un tratto. GER M. Ein trast/ein schlemmer. HIS P. El comilon dragon. ANGL. A glutton, a great spender. } Varro apud Nonium: Putat fore hoc, quod hinc comedonibus convenerit usu, quibus nota volupitate quād edunt, duntaxat gula gaudet.

Comēstūrī, x, κομψός. Cato cap. 157. Sed quād vocatur et uide, hæc scriptem habet bona in comeditura, de brasifica loquitur.

Comēssōr, atis. Intempestivis conviviis indulgeo. { נְכַדֵּן schachār. τέρατος. GALL. Manger & banquier dissolument. ITAL. Banchettare, far conviti. GER M. Prassen/schlemmen/zächen. HIS P. Comeſa en boda ò confradia y demasiadamente. ANGL. Tomak goot cheere, to feast untymouſtie. } Suet. in Domit. Convivabat frequenter & largè, sed penè raptim, certè non ultra Solis occasum, nec ut postea commessaretur. Liv. lib. 10. bell. Macedoni Demetrium post coenam, qua sodales exceperat, dixisse: Quin commessatum ad fratrem imus? Intrumittere commessatum. Cicero & Terent. Volo commessatum ite ad Philolachen. Plaut. Most. sc. 4. a. 1. Et eo donum commessatum. Ibidem.

Comēſāns, tis. { לְכַדֵּן zolél. τέρατος, κομψός, κομψός. GALL. Banqueteur dissolu, & à heure indue. ITAL. Chi fa banchetti. GER M. Ein prasser/schlemmer. HIS P. Comilon. ANGL. An untymouſtie banketer. } Curt. lib. 9. Si quid vietiſ saltem aduersus commessantes animi fuisset, mille hercle viii modo sobrii, septem dierum crapula graves in suo triumpho capere potuerunt. Modo commessantium aliquid agere. Liv. 3. ab Urbe.

Comēſātōnēs, Convivia sunt nocturna post cœnam, & alia intempestiva: sicut Merenda, cibus qui ante cœnam sumitur; & Jentaculum ante prandium. { δόρποι, καρποί. GALL. Banqueterie dissolue, comme après souper & heure indue. ITAL. Mangimento. GER M. Schlafstrecke / schlemmereyen/stresmäder. HIS P. Comida demasiada. ANGL. Untymouſtie banketting as after super. } Suet. in Vitell. Epulas trifariam leper, interdum quadrifariam disperbiebat, in jentacula, prandia, cœnas, & commessions. Cic. in Catil. Quod si in vino & alea commessions solū & scorta quarebat, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Legitur hic & Commessatores. Idem pro Cel.

Comēſābundi,

Comes sacerdos, & Comessatores, qui comessationibus indulgent. { εἰναιρεῖ, καμάνετε. } Cic. pro Cal. Non idem judicum comessatorumque conspectus. Liv. 9. ab Urbe, Temulento agmine comessabundus incessit. C. Mart. 5. Tam præclaram urbem à comessabundo rege deletam esse. Habet autem hoc nomen primam productam.

Mart.

Non Albana mihi sit comessatio tanti.

Comessator, is. Qui banquette & se desbauche après souper en la sc̄e vēté. Gell. cap. 14. lib. 4. Dixit (Mamilia meretrix) comessatorem Mancinum ad ædes suas venisse (noctu, paulo antē.) Comessator in pestilentia. Quint. Comessans ferè idem.

COMES, itis, qui, vel quæ alterum sequitur, affectator, affecta, à con, & co, propriè est. { כָּבֵד chaber. ἀγλαύθη, συνδιπόετο, οὐδέδος. } GALL. Compagnon de chemin, celuy qui tient ou fait compagnie comme l'inférieur au supérieur. ITAL. compagno. GERM. Ein gesetzter, ein gesell. HISP. Compañero menor que sigue à otro mayor. ANGL. A companion or follower on in the way, that beareth an other company. } Cic. de Amic. Neque se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Lucan. lib. 6.

Scire Senatus avert, miles te Magne sequatur,

An comes.

¶ Aliquando tamen Comitum appellatio paribus convenit, ut quum plures idem iter arripientes, sibi mutuò comitatum præstant. οὐκιμογοι. Plaut. Epid. Age, age, absolve, atque argentum numera, ne comites morer. Author ad Herennium, Qui quum ante lucem surrexisset, comitem suum inclamavit. Prius enim dixerat, Et secum aliquantum numerorum ferentem est comitatus. ¶ Differt enim Comes à Socio & Sodali, quod Comes dicatur, qui quovis modo alterius sequitur ductum. Socius plerumque in negotiis seriusque rebus, & fortunæ arbitrio subjectis. Sodalis ἵτηρ, in levioribus ac saepe voluptuosis, utpote qui ejusdem erant collegii, unaque epulabantur. Unde Cicer. Norbanum Quæstorem suum appellat sodalem. Idem de senectute, Epulabar cum sodalibus omnino modicè. Comitem eum militiæ habuit. Velleius.

— trepida duxque, comésque fugæ.

Ovid. Eleg. 9. lib. 1. Trist. Me supremum habuisti comitem consiliis tuis. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Voluptati ut mœtor comes consequatur. Metum mihi comitem adhibeas. Idem Men. sc. 6. a. 5. Quò libertat nubant, dum dos non fiat comes. Idem Aul. sc. 5. a. 3.

Quid referam comites famulosque nocentes,

Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist. Comitem pudicitiam duxero. Plaut. Men. sc. 6. a. 5. ¶ Comes vero pro dignitate, etiam generis communis est, quamvis apud vulgus fœmina Comitissa dicatur. ¶ Ab Ammiano Largitionum comes dictus est, qui præter largitionibus imperatoriis. ¶ Alii pro dignitate Comarchum, καύσος usurpant. ¶ Comes domorum, is à Justiniano dicitur, qui in domesticos Principis prefecturam habebat. Comes hortorum, cuius & mentio est in posterioribus Codicis libris, pilstrini Principis curator fuit, habuitque mancipia quædam purgandis horreis ascripta, coquendōque pani Principis. Comes laborum, qui & præpositus laborum, cui medias omnes, aliisque domus Imperatoriae artifices atque opifices subditæ erant. ¶ Comes exterior, qui ad lœvam est, qui locus inferioris est. Horat. 2. ferm.

Ne comes exterior si postulet ire recuses.

Ovid.

Et medius juvenum non indignantibus ipsis  
Ibat, & exterior si comes unus erat.

Comes Andreas medicus citatur ab Aëtio ferm. 14. cap. 5. Comes rerum privatrum, procurator erat Cæsar, cui omnis res familiaris commissa, qui quicquid egisset, ratum apud Cæsarem erat. Comes sacrarum largitionum, olim is erat, per quem Cæsares stipendia militibus erogabant. Comes sacri patrimonii erat is, qui præter patrimonio Cæsar, Comites Palatini, cur à Principibus constituantur? doctissimus Vigilius explicat in Inst. de exhort. lib. Comites Scholarum, qui & Tribuni Scholarum, à Scholis Palatinis atque militibus dicti, quorum munus in tribus posterioribus libris Cod. describitur: ut sint qui præfunt epulis imperatoriis, & bello & pace obsonia curant: quod tamen Pyrrho absurdum visum est. ¶ Comitem stabuli, voce etiam à Justiniano usurpata, nonnulli eum intelligunt, qualis olim fuit magister militum. ¶ Gallis Constable, Germ. Connestabel/ex Connec/ Rex, & stabel/ pes & fulcrum, quasi Connestabel (Rönnings stabbel) Regis statum conservans diceretur. Connestabel igitur Columna & quasi fulcrum esse regia majestatis vox ipsa demonstrat. Vide Constabulus. ¶ Bud. item Constabularium, Magistrum militum vocat. Procopius, ut Pyrrhus refert, Protospatarium appellari dixit. Comitem Labeo definit eum, qui frequenter cujusque causa, ut sequeretur, destinatus fuit. Nunc vero dignitatis nomen est, vel quod ipse Regem comittetur, vel quod eum multi comitentur: ut Pyrrho visum est, Jureconsulto nostra tempestate valde docto, nec infant. Nonnulli à comitate, ne etymum desideret, appellatum volunt, quod comis esse debeat. Callistratus in l. observandum, de offic. præsid. censuit, ut præses in adeundo quidem facile se præbeat, sed contemni se non patiatur.

¶ Comesalia, symbola. Beroald.

Cometopullus, comitis filius. Cerd. L. gr. b. ¶

Comites, socii. Græci οὐνιδημοι.

Comitor, deponens: Sector, affectator, comitem me exhibeo. { מְלַחַת halach jacob, מִלְחָמָה schilleach. ουμαρομαρια. } GALL. Accompagner, suivre, tenir ou faire compagnie à quelqu'un. ITAL. Accompagnare. GERM. Beleyten/das gleyst geben. HISP. Accompañar al mayor. ANGL. To accompany, to keep fellowship, to follow. } & propriè est minorum erga majores. Plin. Quicunque cum comiti fuerunt. Idem, Funerarium more comitantur execuñas. Quin comitemur, gradibus militariis? (i. simul i. m.) Plaut. Pseud. sc. 4. a. 4.

Ingenio tamen ipse meo, comitorque fruorque,

Ovid. Eleg. 7. lib. 3. Trist. ¶ Pro eodem &amp; Comito, as, active dicitur. Idem lib. 2. de Ponto,

Quem pia nobiscum proles comitarvit euntem.

Et lib. 14. Metam.

Nostraque adulantes comitant vestigia.

Idem 8. Metam.

Et nostros comitare gradus, &amp; in ardua motis

Ire simul.

Comitor etiam in passiva significatione nonnunquam invenitur, ουκιμογοι: unde non male inter verba communia potest numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus, potest deprehendi, quod tam eum significat, qui alterum honoris, aut officii causa deducit, quācum eum qui deducitur. Cic. de Invent. In itinere quendam proficisciēt ad mercatum est comitatus. Idem in Catil. Moleste fero, quod parum exierit ab urbe comitatus.

Comitatūs, participium à Comitor, & passivè accipitur. { מִלְחָמָה meschalleach, מִלְחָמָה meschallach. ουμανιψα, ουμανιψα. } GALL. Accompagné. ITAL. Accompagnato. GERM. Beleytet. HISP. Accompañado. ANGL. Accompanied. } Activè. Plinius, Quincunque eum comitati fuerant. Passivè. Cicer. Invent. 2. in Catil. Illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Virg. 1. Aeneid.

— Ipse uno graditur comitatus Achate.

¶ Idem in significatione passiva Incomitatus posuit, quum ait:

Sapius Andromache ferre incomitata solebat.

Comitatūs, Comitator, comitatissimus. Cicer. 5. Tusc. Puero ut uno esset comitator. Plin. lib. 10. cap. 57. Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtōque comitatores reverti. Sic Comitatissimum hominem dicemus, quem vulgo vocant Bene associatum, dicit Bud.

Comitatūs, us. Affectorum, comitum multitudo. { מִלְחָמָה schilluach. ουμανιψα, ουμαנִיψא. } GALL. Compagnie, accompagnement, train. ITAL. La compagnia, il seguito. GERM. Beleitungen/ gute gesellschaft. HISP. El compañamiento. ANGL. Accompanying the multitude of thame which accompanieth an great man. } Cicer. ad Leplidum, Ejus Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio: si modò recti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Salust. in Catil. L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, ut in Ponte Milvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 3. de Leg. Auspicio, ut multos inutiles comitatus probables impeditrent moræ, quasi saepe comitia populi temerè essent coacta, obnuntiatione Augurum disturbata fuerunt. Cæsar lib. 1. de bell. civ. Nunciatur Afranio magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæstrem, ad flumen constitisse.

Comes, Comessatio, Comessabundus, vide Comedo. Comētēs, vel Cometa, Stella crinita. { ουμανִי. } GALL. Une Comète. ITAL. Comete. GERM. Ein comet. HISP. Cometa del cielo. ANGL. A blasing starre. } Lucan. lib. 1.

Ignita obscura viderunt sydera noctes,

Ardentemque polum flammis, cœloque volantes

Obliquas per inane faces, crinémque timendi

Syderis, &amp; terris minitantem regna cometem.

Cicer. 2. de nat. deor. Tum facibus visis cœlestibus, tum stellis his, quas Græci cometas, nostri cincinnatas vocant, quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. Virg. 1. Georg.

— nec diri toties arsere cometæ.

¶ Est etiam nomen proprium unius ex Argonautis, apud Valer. Flaccum, pater Asterionis.

 ¶ Quandoque sociate, conjungere, συνάπτω. Idem 3. Aeneid.  
*Delphinum caudas utero commissi, a luporum.*  
 ¶ Quandoque facere, perpetrare, īmēr̄vō. Salust. in Catil. Sem-  
 pronia, quæ multa sæpe virilis audacia commisera. ¶ Quandoque  
 incipere, εἰσάγω, καθίσω. Virg. lib. 5.  
*Et tuba commissos medio canit aggere ludos.*  
 Salust. Quibus dictis prælium commisere: πάτερ, το δικαιονός. Com-  
 mittere ludos. Suet. in Calig. cap. 19. & in Claud. cap. 41. Et, com-  
 mittere historiam, pro recitate, incipere. Suet. in Claud. cap. 41.  
 Commissa præscriptio sanguine Tribuni (i. cœpta.) Velleius. Com-  
 missum sacrificium. Gell. cap. ult. lib. 7. ¶ Quandoque idem quod  
 permittere, vel occasionem præbere, προσθέτω, idque fere negative,  
 subsequente particula Ut. Cic. ad Attic. lib. 1. Non committam  
 posthac ut me accusare de epistolarum negligentia possis. Idem 6.  
 Philipp. Ego nolo civem committere, ut morte multandus sit.  
 Aliquando etiam sine negatione. Idem lib. 2. Offic. Periculorum ipfi  
 est, tum etiam sordidum ad famam, committere ut accusator no-  
 minetur. Neque isthuc in tantis periculis unquam committam, ut  
 sit. Plaut. Aul. sc. 3. a. 3. Commisi, ut me defraudes. ¶ Quandoque  
 in contentionem deducere. συμβάλλω, μετρέω, ομβρίω. Suetonius in Calig.  
 cap. 56. Item duos filios committere in aleam casus. Liv. lib. 10. d. 4.  
 Committere pugiles Latinos cum Græcis. Sueton. August. cap. 44.  
 Commissus ignis cum lenta materia vivacior est. Senec. cap. 23.  
 de consol. ad Marc. Commissa inter se duo reip. capita, Cæsar &  
 Pompeius. Vell. Item, Commisi ut me defraudes, id est, præbui an-  
 sam tibi credendo pallam & spinther. Plaut. Menach. sc. 3. a. 4. Item  
 lege de sicutiis commisit (id est, in legem.) Quintil. Non committit  
 uxor eam pecuniam in potestate viri. Gell. cap. 6. lib. 17. Sanane es,  
 quæ isti committas annulum (id est, concreas.) Plaut. Cure. sc. 2.  
 a. 5. ¶ Committere prælium, est præliari, προσθέτω. Cic. lib. 4. Epist.  
 fam. Sed ut rationem in eo, quo die prælium Panta commisit, co-  
 dem die à Gadibus naves profectæ sunt. ¶ Committi verbum quo-  
 que juris est, quum quid commissum, id est, factum est, propter  
 quod aliquid debeatur. Sic commissa hereditas dicitur, in qua ali-  
 quid commissum, quamobrem aliquid debeatur: & commissa pœ-  
 na, quæ debetur: commissa stipulatio, quum stipulatio locum ha-  
 bet & effectum, hoc est, quum id debetur, quod est promiss. &c.  
 Vide Lexicon Hotomanni. ¶ Propriè tamen ratione præpositionis  
 Con, significat simul mittere, sive simul jungere, συζεύγω. Gell.  
 Gordium nomen est urbis quam Sangarius amnis interfluit: magna  
 ex parte cingitur fluctibus, speciem insulæ præbet: ac nisi tenue dis-  
 crimine objiceret, maria quæ nunc dividit, committeret. Vide pla-  
 ta de hoc verbo apud Vallam lib. 22. cap. 38. & lib. 3. cap. 62. Com-  
 mittere se in præcipitem locum, hoc est, Exponere & committere  
 se periculo. Cicero. Acad. Ita enim finitima sunt falsa veris, ea-  
 que quæ percipi possunt (si modò ea sunt quædam; jam enim vi-  
 debimus) ut tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens com-  
 mittere.  
 Commissa dicuntur, quæ contra testatoris voluntatem facta, aut non  
 facta ab herede, mulcta aliqua pœnaque plectuntur. Author Ascon.  
 || Commissarii, quibus aliquid gerendum committitur. Buleng. || GAL.  
 Commissaires, Commissionnaires.  
 Commissus, part. { תְּסַבֵּח maphkadh. אוֹלְבִּישׁו, אוֹלְבִּישׁו, אַמְּלִיכָה. GALL. Commis & baillé en garde. ITAL. Dato in guar-  
 dia. GERM. In verwahrung gegeben. HISP. Encomendado, confiado.  
 ANGL. Committed and gevin in keeping. } Cic. pro Fonteio, Atque  
 ita, ut commissus sit fidei, permisus potestati. Virg. 5. Aeneid.  
*Et tuba commissos medio canit aggere ludos.*  
 Commissa plumbo, id est, ferruminata. Juven. Sat. 14.  
 Committēndus, aliud part. Cic. 4. ad Attic. lib. 10. Fortunæ sunt com-  
 mittenda omnia, sine spe conatur ulla.  
 Commisum, substantivum. Delictum, peccatum. { וְעַמְּלֵה chēt. άγέν-  
 γα. GALL. Cas commis, faict, peché, delict. ITAL. Peccato. GERM.  
 Ein begangne that, besonder die unrecht ist, misshandlung. HISP. le-  
 cado. ANGL. An offence or fault. } Cic. pro Sylla, Ecquod hu-  
 jus factum, aut commissum, non dicam andacius, sed quod  
 cuiquam paulo minus consideratum videretur, &c. Non filia me  
 accersit patrem, nisi commissi, aut jurgii causa. Plaut. Menach.  
 sc. 2. a. 5.  
 — commissi præmia raptor habet.

Ovid. 4. Fast. ¶ Commissum pro confiscatione (quam vocant) quæ sit ob illicitas merces navigio, aut alio modo advectas, aut propter vestigia non solutum, multaque alias ejusmodi ob causas. Hinc commissio tollere, vendicare, in commissum cadere, incidere, & in causam commissi incidere, usitatæ apud Jurisconsultos loquendi formulae. Commissa multa siebant (i. in publicum caderant ob non solutum tributum.) Sueton. in Calig. cap. 71. Item Commissum, quod improfessum apud publicanos. Quintil. declam. 340.

Commissio, nis, verbal. { תְּחִנָּה מַכְבֵּרֶת, בְּרֵד דְּסֵק. אֲמֵסָה, אֲוֹשָׁא. GALL. Assemblage de quelqu'un contre un autre, comme de ceux qui doivent jouter, irritation à se joindre pour se battre. ITAL. La contesta tra due o più. GERM. Die an einanderlassung zweyer oder vieler. HISP. A cometimiento, comission. ANGL. A causing of two or more together fighting in one against another. } Quo propriè significatur binorum vel pugilum, vel musicorum, vel poëtarum, vel rhetorum exhibitio, ad artis, aut virium ostentationem. Huiusmodi autem certaminibus Prætores, velut agonothetae præsidebant. Suet. in Aug. Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & à præstantissimis, offendebatur: admonebatque Prætores ne patarentur nomen suum commissionibus obsolestari. Commissiones meras componere, de genere dicendi leni & compto. Idem in Calig. cap. 53. Commissione ludorum. Idem in Aug. cap. 43. & in Galb. cap. 6. Plin. Epist. 144. Proximis sacerdotalibus ludis productis in commissione pantomimis, quam simul theatro ego & Quadratus egredemur, &c.

Commissoriūs, a, um: ut, Lex commissoria, i. exceptio adjecta actioni, contra quam si quid commissum fuerit, conventio rescinditur. Vide Ulp. in l. ss fundus, ff. leg. commiss.

Commissuræ, Juncturæ, quales sunt tabularum & aliarum rerum. { תְּחִנָּה מַכְבֵּרֶת, יְדוֹת יְאָדֶת. וְאַפְּגָעָה, אֲרָנוּתָה. GALL. Jointures, conjonctions. ITAL. Commissure, giunture. GERM. Jungen oder nützen. HISP. Commissuras o travazones. ANGL. The joining together of any thing. } Cicero. in Vnivers. Deinde in orbem corsit, ut & ipsæ secum, & inter se ex commissura, quæ est regione esset, jungerentur. Idem 2. de nat. deor. Quid dicam de ossibus, quæ subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad actus finiendos accommodatas, & ad motum & ad omnem corporis actionem. Ita sint juncti, ne commissura pellucat. Quint. Commissura verborum. Idem.

COMMODUM, i: Utile, emolumentum, opportunitas, { יְתִיר jithren, מִתְּבָאָה meta'. אֲפִילָאָה, אֲלָגָהָה. GALL. Profit & emolument, commodité, aisance. ITAL. Commodo, commodità. GERM. Ein nutz ein Komplikheit. HISP. Provecho. ANGL. Gaine, oportunitate, leysure. } Commodum est, quod plus habet usus quam molestia. Senec. 88. Commoda, sive producta differunt à bonis. Idem epist. 75. Invideat commodis. Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Ingenium ad publica commoda vertere. Ovid. 1. Metam. Sive commodo remittere milites (i. præmio.) Sueton. in Calba. cap. 12. Cujus contrarium est Incommodum, pro damno. וְאַפְּגָעָה, lib. 2. ad Heren. Causa est, quæ induxit eum comodorum spe, aut incommodorum vitatione. Et infra, Hic accusator in spe commodi cupiditatem ostenderat adversarii, & in vitatione incommodi formidinem augebit. ¶ Commodo suo, vel alterius aliquid facere, id est, ad suam, vel alterius utilitatem. Cic. lib. 1. Epist. fam. Senatus decernit, ut regem reducas, quod commodo Reip. facere possis: ubi male ante Commodo legebatur, fuit enim in SC. usitata hæc formula. ¶ Commodo adverb. significat Jam tunc, id temporis, eo momento. { שְׂעִירָה. GALL. Bien à point, bien à propos, de bonne fortune. ITAL. Appuntoa, appun e, à tempo. GERM. Eben jen komlich / eben da zumahl füglich. HISP. Provechojamente, à buen tiempo, con sazon. ANGL. in good tyme, leysure and opportunitie. } Apul. Commodo limen evaserant, & fores ad pristinum statum integrè resurgent. Idem lib. 1. Igitur inefficiaci celeritate fatigatus, commodum vespera oriente ad balnea processeram. Gell. lib. 2. Taurus spectatoribus commodum demissis, sedebat pro cubiculi foribus. Ad aquam præbendam commodum adveni domum. Plaut. Amph. sc. 2. a. 2. & in Stich. sc. Quisnam. ¶ Comoda dicebantur in re militari, vel munera, vel præmia, vel agri denique, qui dabantur militibus. Ovid.

Hac mihi si dederis commoda, miles ero.

Rursus,

Romule militibus scisti dare commoda solus.

¶ Commodo, sequente Quum, significat Vix, vel tantum. Cic. ad Attic. Commodo discesseras heri, quum Trebatius venit. ¶ Item pro opportunè. Plaut. Merc. Commodo obviam veniens patri. Item in Mil. Hem, te ipsum quarto commodum vir lepidissime. ¶ Item commodum esse alicui aliquid, significat videri & placere. Cic. post redit. in Senat. Neque solùm id dixit, sed quos ei commodum fuit compellavit, id est, quos ei visum fuit compellare, & placuit.

Commodè, idem significat quod Commodo. { אֲרָנוּתָה, יְאָדֶת, אֲרָנוּתָה עַל מִזְבֵּחַ. GALL. Aisément, à profit, commodelement, bien à point, bien à propos. ITAL. Ben apunto, ben al proposito. GERM. Gelächlich / eben komlich / oder füglich. HISP. Provechosamente, a buen tiempo, con sazon. ANGL. Handsomelie, convenientlie. } Vide satis capillum compositum commodè. Ubi tu commoda es, capillum commodum esse credito. Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Commodo valere, Liv. lib. 2. d. 5. ut Commodo agere, audire, &c. Id est benè, vel optimè, aptè. Cic. de Amicitia. Multa ab aliquo commodè & breviter dicta. Idem ad Attic. Quodd literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commodè. ¶ Commodo dicere, יְאָדֶת עַל. Cels. lib. 3. cap. 4. Commodèque Etastratus dixit, saxe, &c. ¶ Veteres etiam commodò, pro commodè dixerunt, ut notavit Sosipater lib. 2. ex Titinno. Eamus ad ipsum, atque ipse commodò de parte superiori descendat.

Commodissimè, Pomp. D. lib. 27. tit 2. l. 10. Commodissimè is qui nondum natus est, ita hæres instituitur.

¶ Commodia, hostiaria. Gl. Isid. ¶

Commodiūs, & Commodissimè. Cic. ad Attic. lib. 13. Post hac enim poterimus commodiūs colere in Tusculano. Cels. lib. 5. cap. ult. M. Calepini Pars L.

hort commodissimè tollitur herba murali. ¶ Hinc etiam formavit Plaut. in Sticho, diminutivum Commodulè. Hoc convivium est pio opibus nostris satis commodulè nucibus, fabulis, faculis, olea, interrupto lupillo, &c.

Commodiūs, a, um: Utilis, aptus, tempestivus, sive opportunus. { יְתִיר nachón, טְבוֹת תּוֹב, אֲמִינָה, אֲמִינָה. GALL. Convenable, commode, profitable, tractable & de bonne sorte. ITAL. Commodo, uile. GERM. Nurlich / somlich / geschicklich. HISP. Idoneo y provecho. ANGL. Filt, profitable, hand som. } Plaut. Amph. Ut commodum est & lubet facias. Cæs. de bell. civ. lib. 3. Minus commoda ut valetudine. Contra commodum aliquid facere. Suet. in Aug. cap. 78. i. contra valetudinem. Commoda statura, i. medioris. Plaut. sc. 3. a. 3. Quam pauci estis homines commodi (i. comes.) Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Me viginti commodis mutavit minis (alias modicis.) Ibid. sc. 7. a. 4. Viginti argenti commodas minas. Idem Afr. sc. 3. a. 3. & Merc. sc. 2. a. 3. Terent. in Andr. Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi. Ubi Davus admiratur, quod in ipso articulo petiuli supervenerit Cito. Plin. in Epistola, Hinc illa ita funus paravit, ita duxit exequias, ut ignoraret maritus: quinimò & quod tis cubiculum ejus intraret, vivere filium, atque etiam commodorem esse simulabat, id est, paululum jam à morbo esse confirmatum. Corn. Cell. Sed inter omnia maximè commodum est modicè exercere. ¶ Ex commodo, i. ex commoditate & opportunitate. Salust. In-gurth. 117. Melius esse ratus cognitis Mantis, quoniam is novus hostis accelerat, ex commodo pugnam tacere, i. ex Græc. & R. Cogimur ipsius commoditate frui.

O mea commoditas! ô mea opportunitas! Commoditatis omnes articulos scio. Plaut. Men. sc. 2. a. 1.

COMMODO, as: Obsequor, commoditati alicuius inservio, seu commoditatem præsto. { יְתִיר hetib, טְבָאָה. GALL. Commodity, aïsance, opportunité. ITAL. Commodity, commodo. GERM. Komligkeit / möglichche Gelegenheit. HISP. Provecho. ANGL. Profile, opportunity, hand somes. } Cic. 3. de fin. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditaires corporis, tanque productæ temporibus, tamque multæ. Ovid. Epist. 1. Cogimur ipsius commoditate frui.

Natura decus fuit & non commodat arti. Item commodati filii (i. dati in adoptionem.) Senec. cap. 13. de cons. ad Marc. Commoditus sibi est sapiens. Idem cap. 11. de Tranquill. Nec rei tantum mobilis commodatio dicitur, ut Labeo existimat, sed etiam soli. Ulp. in l. 1. §. 1. D. commod. Plaut. Quum ædes pauperi commodasset. Author lib. 4. ad Heren. ait cuidam ædes maximas ad nuptias commodasse. ¶ Et licet (ut multi aliterunt) commendentur, quæ redduntur in eodem numero & specie, ut vestis, equus, liber: mutuentur, quæ non redduntur eodem numero, sed specie: ut vinum, frumentum, numi: Cic tamen in Verrem act. 6. usus est etiam de iis quæ non eadem redduntur, sed similia. At publicè (inquit) commodasti, non sine magno quidem provinciæ Siciliæque detrimento, tritici modios sexaginta.

Commodatæ res propriè intelliguntur, si nulla mercede accepta, vel constituta, utenda res data est. גְּמַנְתָּה, מְנֻמְנָה. Nam commodatum debet esse gratuitum. Commodatissimè ad usum, i. accommodatissimæ. Gell. c. 14. lib. 17. ¶ Hinc commodatius, cui res data est commodato. Commodatör, is. Ulpian. D. lib. 13. tit. 6. l. 7. Sed si legis Aquiliae adversus socium ejus habuit commodatori actionem, &c.

Commodatio, גְּמַנְתָּה, mutatio. Apul. in Hermetis Asclepio. Comunications, cōmodations alternæ, quiet humanitatis firmissimus nexus. Commodus, M. Antonini Philosophi filius fuit, patri dissimilimus, cui etiam in imperio successit. Vitam ejus, eaque dignum exitum, vide apud Herod. lib. 1. De hoc scribit Auson. in Tetrastich. Casaroma Commodus insequitor pugnis maculosus arena, Threcidico princeps bella movens gladio.

Eliso tandem persolvens gutture, oñas Criminibus, fatus manus adulterium.

Commercio: Mæror, totus tristot. { בְּיַתְּרָה hithka: seb, בְּתְּרָה ka:z. GALL. Se contrister, se douloir. ITAL. Contristarsi, condolersi, ramaricarsi. GERM. Sanntraurig sein / heftig sich bekummern. HISP. Entristarse. ANGL. To be sadde or sorie. } Plaut. in Epid. Nescio adepol quid tutimidas es, tristidas Epidice, ita voltum videtur videre commeruisse.

Commone, insula est adjacens Epheso urbi, ut author est Plin. lib. 5. c. 31. Commotor, itis, iri: Molitor. { מְלִוָּה tolél. עַזְבָּה. GALL. Machiner de tout son pouvoir quelque chose. ITAL. Covare con difficultà. GERM. Erwas undestehn das arbeit nimpt erwas antichten. HISP. Difficultosa è eniosamente mover y disponer. ANGL. To worke or devise any thing after his whole power. } Cic. 3. de natura deorum. Nec quem dolum ad cum, aut machinam commotias, icio

scio quicquam. Commoliti originem verbi. Gell. cap. ult. lib. 3. COMMOLLO, is, ere : Mola contecto. ; תְּמַלֵּת מִלְאָקֶת. GALL. Mon-dre & freisser avec une meule. ITAL. Macinare. GERM. Dermalen. HISP. Moler. ANGL. To grind together in a mill. ¶ Columel. lib. 12. cap. 50. Cavendum est itaque, ne ex ea fiat oicum cibarium, quod uno modo vitai poterit, si protinus illata de agro bacca commo-lita & expessa erit.

COMMÖNÖO, es : Admoneo, & construitur cum genitivo. { הַמְּנֹה בְּרִיר. תְּמַנְּנֵהוּ. GALL. Admonester, advertir, faire souvenir. ITAL. Ammonire. GERM. Warnen/vermanen. HISP. Amonear. ANGL. To admonish, to advertise, to warne. ¶ Quintil. Grammaticos sui officii commonemus. Terentius in Andr. Aliorum exempla commo-nent. Ad Heren. lib. 4. Non illæ te nuptiales tibiae ejus matrimonii commonebant. Ita estis ingenio improbo, ut cogatis officium ve-strum malo vos commonerier.

COMMÖNÖRÖUM, pro conventione tacita, & absque scriptura facta, apud Cod. Theod. Cujus quoque in Justiniani Codice mentio est. f. 1. §. ult. C. de suffrag. ubi videndus Gothof. in notis.

COMMÖNÖTUS, participium. { מְזֻהָּר מְזֻהָּר. תְּמַזְּהָבָה. מְגַנְּבֵה. GALL. Admonesté, adverti. ITAL. Ammonito, avertito. GERM. Gewarnt/vermant. HISP. Amonestado. ANGL. warned, advertised. ¶ Livius 4. bell. Macedon. Commonitösque in quo statu rerum acce-pisset eos, & in quo relinqueret, dimisit. Plaut. pro commonitus, dixit commentus, in Amph. Fac jam Amphitruonem advenientem ab ædibus ut abeat, quovis pacto fac commentus sies. Ex Nonio.

COMMÖNÖTIO, verbale. { תְּמַזְּהָבָה תְּמַזְּהָבָה. תְּמַזְּהָבָה. GALL. Admo-nition, advertisement. ITAL. Ammonitione, avertimento. GERM. Warnings/vermanung. HISP. Amonestacion. ANGL. Advertisement, admonition, warning. ¶ Quintil. lib. 4. cap. 2. Non inutilis erat in extrema parte commonitio.

COMMÖNÖFACIO, is : Commoneo, in memoriam redigo. { הַמְּנֹה בְּרִיר. תְּמַנְּנֵהוּ. GALL. Advertir & faire souvenir, remonstrer & ad-monester. ITAL. Ammonire. GERM. Warnen/vermanen / eines Dings erinnern. HISP. Amonestar. ANGL. To advertise, to remember or bring in remembrance. ¶ Salust. in Cic. Videlicet ut nos commone-facias quam conversa sit Relspublica, quum in ea domo habitares, &c. ¶ Hujus passivum, Commonchio. Cic. in Verr. Nemo est quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

COMMÖNSTRO, as, aie: Monstro, demonstro. { הַמְּנֹה בְּרִיר. תְּמַזְּהָבָה. GALL. Monstrar & enseigner. ITAL. Monstrare. GERM. Saigen. HISP. Mostrar. ANGL. To shaw. ¶ Terent. in Heanton. Parentes meos ut Commonstres. Cic. 2. de Orat. Si autum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrate vellem. Equis est qui mihi commonistet Phædriom. Plaut. Cure. sc. 2. a. 2. & sc. 1. a. 3. Cupio date mercedem ( ei ) qui illum commonistet ubi sit. Ibid. sc. 4. a. 4.

COMMÖRDRE, Mordere. { מְשַׁחַח מְשַׁחַח. תְּמַזְּהָבָה. GALL. Mordre. ITAL. Mordere. GERM. Beissen. HISP. Morder à maldezir. ANGL. To bite. ¶ Plin. lib. 24. c. 11. Nomen accepit, quod à cane commoros rabiem sentire non patitur. Sen. contr. 2. 9. Quædam sera tela omnia commordent, & ad mortis auctorē per vulnera sua ruunt.

COMMÖRÖER, simul morior. { תְּמַזְּהָבָה. GALL. Mourir ensemble. ITAL. Morire insieme. GERM. Miserben. HISP. Morir jun-tamente. ANGL. To die together. ¶ Plin. lib. 27. cap. 2. Minimique exi-talia per se ambo quum fuerint duo venena, in homine comumoruntur, ut homo super sit. Multi tibi commorentur ( id est, tecum.) Senec. epist. 78.

COMMÖRÖENTES, εναπομνευτε, nomen fabulae Plaut. Terent. in pro-log. Adelph. Synapothnescontes Dophili commedia est. Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

COMMÖRÖO, as, are : Commotor, moror. { מְזַבְּחָה מְזַבְּחָה. תְּמַזְּהָבָה. GALL. Demehrer. ITAL. Tardare, induiare. GERM. Verzichen / oder sich saumen. HISP. Tardarse. ANGL. To tary, to abyde. ¶ Plin. lib. 19. cap. 6. ad finem, Statimque quæ devotare aves stupentes manu capiuntur, & si paulum commoravere, sopitæ.

COMMÖRÖATIS, aris: Moror, maneo, consisto, subsisto. { מְזַבְּחָה מְזַבְּחָה. תְּמַזְּהָבָה. GALL. Sejourner, demeurer & s'arrêter quelque temps. ITAL. Dimorarsi, seggiornare. GERM. Verzichen / ein zeitlang an einem ort sich saumen. HISP. Morar, tardarse en algun lugar. ANGL. To abyde, to tarie. ¶ Cicero. Ad App. lib. 3. Fuitque mecum familiariter triduum illud, quo ego Ephesi commoratus sum. Idem in Orator. Ut verset sepe multis modis eandem & unam rem, & hæc in eadem, commoreturque sententia. ¶ Commorari aliquem, est detinere, & in mora tenere. { בְּרַבְּ הַקְּבָּה. אֲנִי. GALL. Tarder, retarder. ITAL. Tardare, indugiare. GERM. Ein seumig machen / lang aufthalten. HISP. Detar-dar à otio. ¶ Plaut. Merc. Malè facis properantem qui me commo-rare: sol abit.

COMMÖRÖATO, verbale: Habitatio. { מְזַבְּחָה מְזַבְּחָה. תְּמַזְּהָבָה. GALL. Demeurance, sejour pour quelque temps. ITAL. Dimora. GERM. Wohnung / verhartung ein zeitlang. HISP. Habitacion. ANGL. Tarying, abinding, arelling in a place. ¶ Cicero. ad Leptam lib. 6. Nam & villa & auncenias illa commorationis est, non diversorii. ¶ Interdum pro mora, seu tarditate. { בְּרַבְּ הַקְּבָּה. אֲלָגָּה. GALL. Tardement, arrest, demeure. ITAL. Tardanza. HISP. Tardança. ¶ Cicero. Quint. fratr. lib. 3. Quod multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabelliorum. ¶ Commoratio est, quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & cōdem sa-piūs reditur.

COMMÖRÖALS, πανάρηψη, πανάρηση, ut Commortalis natura. Col. lib. 3. cap. 20. Sed interdum ( quod ait divinus author Plato ) rei nos pul-chritudo trahit, vel ea consestandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ consequi nequeamus.

Commoris, κομπωση. Primum mellifici fundamentum, ex tenaci & viscosa constans materia: ita dictum à Græco nomine κόμπη, quod nos Gummi dicimus. Vide Plin. lib. 11. cap. 7.

COMMÖRÖO, es : Perturbo, moveo, afficio, excito, concito. { בְּרַבְּ הַקְּבָּה.

חָרָב, שְׂדֵה הַרְבִּיאָה. hesith, הַסְּרִיר הַסְּרִיר. אַגְּרָגִינְטָה, אַסְּקָעָה, אַגְּרָגִינְטָה. GALL. Remuer, esmouvoir, troubler. ITAL. Perturbare, commovere. GERM. Bewegen / betrüben. HISP. Mover à perturbar. ANGL. To move stirrb or provoke. ¶ Terent. in Andr. Commovi hominem. Cic. lib. 1. Epist. Visi sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem, commovere. ¶ Interdum ponitur pro lädere. Columel. lib. 2. Ne in radicem majore nixa vomis im-pactus colla commoveat. ¶ Interdum pro recedere, אַגְּרָגִינְטָה. Cic. Tironi, Tu & cura ut valeas, & te isthinc ne temere commoveas. ¶ Commotsem, pro commovissem: & commorit, pro commoverit: & commorunt, pro commoverunt. Cicer. pro Plancio. An si unquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commossem? Cælius ad Cic. lib. 8. c. 15. Ecquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pompeium vi-disti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? Lucet. lib. 2.

commorunt equora venti.

Dormiunt pessuli nec se commovent ocyus. Plaut. Cure. sc. 2. a. 1. Me commovere non possum præ formidine. Idem Amph. Quantas soleo turbellas dare, mea si commovi sacra? Idem Pseud. sc. 1. a. 1. || Commotaculum, Commotacula: Virgæ, quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut à se homines amoveant. Fest. Vul-gò legitur Commentaculum, ubi Scaliger: Verior lectio nonnullorum excusorum & scriptorum, quæ non Commentacula habent, sed commotacula. Nam viatores virgam frequentem commo-tando turbam semovent: unde & apud Hom. ult. Odyss, οὐδὲ τούτος. Loquitur de virga Mercurii. Juvenalis.

Ergo commota jamdudum mulio virga. ¶

Commotus, particip. { כְּכֹר בָּשָׁבָר, שְׂמַרְמָשָׁבָה. תְּמַזְּהָבָה. אַסְּקָעָה, אַגְּרָגִינְטָה. GALL. Esmeu, ébranlé, agité, tourmenté. ITAL. Commosso, smosso, conturbato. GERM. Bewegt / schüttelt. HISP. Movido, perturbado. ANGL. Commoved, stirred, provoked. ¶ Idem quod motus, vel concussus. Commotæ columæ, apud Cic. 3. in Verr. Tripodes commoti. Seneca in Medea, Tripodes agnosco meos favente commotos dea.

Tantaque commoti vis est Aquilonis.

Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. ¶ Nonnunquam idem quod perturbatus. Terent. Phorm. Quidnam ille commotus venit?

Commotör, comparativus. Cic. 1. de clar. Orat. Habitus est sanè ( ut ita dicam) luculentus patronus, asper, maledicus, genere tot paùlo fervidior atque commotior.

Commotölo, verbal. motus. { בְּעַכְרָתָה נְבָכְרָתָה. שְׂמַרְמָשָׁבָה. תְּמַזְּהָבָה. Zahaváh. אַסְּקָעָה. GALL. Esmotion, esmouvement, ébranlement. ITAL. Turbation, smovemento. GERM. Bewegung / betrübung. HISP. Movimiento, perturbation. ANGL. Moving or stirring, uprose. ¶ Perturbatio: ut, Commotio animi. Cic. lib. 3. Tuse. Alicui rei commotionem injicere. Quint. lib. 5. cap. 12.

Commotünclä, diminutivum. τὸ μικρὸν κίνημα. Cic. ad Attic. lib. 12.

Commugento, convocanto. Fest.

COMMÜLCEO, es : Mollio, placo. { פִּילְמָן bechelik. מְלַעַתָּה. קְרַבָּה. GALL. Adoucir, amadouér. ITAL. Placare, far molle. GERM. Miltern begütigen. HISP. Amançar al sañudo, amollentar. ANGL. To apperse or mitigate. ¶ Gell. lib. 7. cap. 3. In principiis autem patrōni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacare judices debent: sensisque eorum expectatione causæ suspensos regentes, honorificis verecondisque sententiis commulcere: non injuriis atque impetosis comminationibus conficare.

COMMÜNÖO, is, ire: Confirmo, circummunio, firmo. { οἰστερός, οἴστερ. GALL. Fortifier à l'entour, munir & assurer de toutes parts. ITAL. Fortificare intorno. GERM. Allentha ben beregen vnd besetigen. HISP. Fortalecer à guarnecer. ANGL. To fortifie and strenthen round about. ¶ Plaut. Oppidum magnum communib. Cæsar, Praesidia disponit, castella communis, quod facilius, si se invito transire con-rentur, prohibere possit.

Commünitüs, participium: Septus, firmatus, fultus, { οἰστερός, οἴστερ. Gal. Fortifié. ITAL. Fortificato. GERM. Bewohn besetiger. HISP. Fortalecido. ANGL. Fortified and made strenthie about. ¶ Cic. 3. in Verr. Situs urbis communis & praetulus ad al-peatum. Idem pro Cecinna, Quid refert habere fundum, si parum sit communum jus?

COMMÜNÖS, e, quod multorum est, & non privatum, ab iisdem mu-niis, sive munribus. { οἱράδες. GALL. Commun, qui est à un chacun. ITAL. Commune. GERM. Gemein. HISP. Comun, de muchos. ANGL. Common, pertaining to everie one. ¶ unde & Immonis deducitur. Uius ejus multiplex est. ¶ Interdum ponitur sine casu. Cic. Offic. Magnum est enim eadem habere monumenta majorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere communia. Communem meum atque vestrum inimicum ( lenonem. ) Plaut. Pseud. sc. 1. a. 2. Quæ in rem vestram communem sicut ( de lucro mercatorum. ) Idem Prolog. Amph. Et, Cura rem communem, quod facis. Ibidem sc. 3. a. 1. Volo te appellare de communis mea, & tua, Idem Aul. sc. 4. a. 1. Oto te per conservitum commune, Idem Capt. sc. 1. a. 2. Memento di-midium de preda dare, commune esse oportet. Idem Pseud. sc. 4. a. 4.

Oparier rapta, quoniam hoc commune tenemus.

Ovid. 3. Fast. In commune laborant apes & formicæ. Quintil. Me-tuo in commune ne quam fraudem, &c. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Modo ne communia solus occupet. Ovid. 13. Metam.

egi.

Quam miki mandarat communis Gracia caussam.  
( alias, communem.)

Et de communi pars quoque nostra bono est.

Idem Eleg. 4. lib. 4 Trist. Item, Commune, i. publicum. Idem Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Nos procul expulso communia gaudia fallunt ( id est, publica. )

¶ Interdum cum dativo. Plautus in Rud. Mare quidem commune certum est omnibus esse.

Littera communis modis pueraque viroque.

Inscripta est foliis.

Ovid.

Ovid. 13. Met. ¶ Cum dativo & ablativo, praesente prepositione Cum. Cic. Fam. 13. Cum patrono Epicureo mihi omnia communia sunt, nisi quod in Philosophia vehementer ab eo dissentio. ¶ Et Aliando sine dativo. Cic. de senectute, Quod illud est crimen senectutis, quum illud videatis cum adolescentia esse commune.

Hinc satus Anchises, cum quo commune parentis  
Non designata est nomen habere Venus.

Ovid. 4. Faſt. Item,  
— Si jam nequeam defendere crimen  
Cum tanto commune viro.

Idem 13. Met. ¶ Cum genitivo. Ter. in Adelph. Commune omnium vitium, quod nimis ad rem attenti sunt scnes. Cic. in Verr. Communis omnium inimicus. Communis, pro popularis & facillimus. Suet. in Claud. cap. 21. Item in commune deliberare (id est, propagam.) Suet. in Neron. cap. 15. Cum in commune crescerent ea. Sen. cap. 14. de consol. ad Marc. In communi intellectu hoc positum. Quintil. In commune honores vocare. Livius lib. 6. Quid conducat in commune. Tacit. lib. 2. Communis sensus, vide Sensus. ¶ Cum prepositione Inter. Ter. in Adelph. Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. ¶ Communes dies, apud veteres erant, qui alio nomine vocabantur intercisi, καιροι νειτης: ita dicti quod diis hominibusque essent communes. Erant enim medii inter festos, & profestos, & quibusdam horis fas erat ius dicere, quibusdam non. Nam quum hostia cædebaratur, fari nefas erat: cæsa autem & porrecta, fari licebat: rursus quum adolebatur hostia, non licebat.

Communiōr, comparativus, καιροτερ. Apuleius in Apologia: Non nihil à me in communioribus studiis adjuvantur.

Commūnē, is, substantivē, pro communi Republica, inquit Ascon. { τοιχός τιθεντος. GALL. Communauté, commun, république. ITAL. Commune, comunità. GERM. Gemeinklich. HISP. Comun, à comunidad, à republica. ANGL. That is common, a common wealth. } Cic. 3. in Verr. Pro Questore verò quomodo iste commune Myliandum vexarit, &c. Idem 4. in Verr. Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellaret, quum videret statuas ab negotiatoribus, ab auctoribus, à communi Siciliæ.

Commūnītēt, & Communitūs, adverbia: Promiscuè, de communi sententia. { καιροί. GALL. Communement, en commun, ensemblement. ITAL. Communemente. GERM. Gemeinklich. HISP. Comunemente. ANGL. Commonly. } Cic. de senectute. Quo uterque nostrum communiter uteretur. Idem 2. de Offic. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animadvertisunt. Communiter administrare provincias. Suet. in Tiber. cap. 21.

Commūnītās, atis: Communio, societas. { καιρός. GALL. Communauté, société, participation. ITAL. Communità. GERM. Gemeinschaft, gesellschaft. HISP. Comunidad. ANGL. Communitie, or commone society. } ut, Communitas vitæ & victus. Cic. 6. Philipp. Quæ vobis potest cum hoc gladiatore, conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Consociatio hominum atque communitas. Idem 1. Offic. Communitas homini cum Deo. Idem de nat. deor. ¶ Poterit aliquando pro Justitia, vel jure. Idem in Offic. lib. 1. Omnis honestas manat à partibus quatuor: quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c.

Commūnīo, nis, idem quod communitas, vel participatio. καιροί, οικογένεια. Cic. pro Corn. Balbo, Ita mihi maximè communio nem beneficiorum, præriorum, civitatis continere videtur. Idem 1. de Legibus, Inter quos porrò est communio legis, inter eos communio juris est. Communio juris (de civitate data.) Velleius. Commūnīco, as, à nomine Communis, significat commune facere, conferre, impartiri: ut quum quod privatum est, sit universorum. { πληρωμή. καιροί, καιρός. GALL. Communiquer, bailler part, faire participant. ITAL. Communicare, conferire. GERM. Theilhaftig machen, mittheilen. HISP. Communicar à dar parte. ANGL. To make common to give a part to others. } Varia hujus verbi constructio est. ¶ Cum accusativo, Cic. de Amicitia. Nam & secundas res splendidores facit amicitia, & adversas patiens, communicansque leviores.

At sua Tydides mecum communicat acta,

Ovid. 13. Communicabo te semper mensa mea; Plaut. Milit. sc. 1. a. 1. ¶ Cum accusativo & ablativo habente prepositionem Cum. Cic. pro Corn. Balbo, Est enim in populum Romanum grave, non posse uti sociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare. Idem fam. 16. Nam, ut illa omittam, quæ civitate teste fecisti, quum mecum inimicitias communicasti, id est, quando ostendisti te etiam esse inimicum adversariorum meorum, &c. Idem ad Atticum, Nihil mihi scito nunc tam deesse, quæ hominem eum, quo cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, unà communicem: id est, cum quo ea loquar, quæ vehementer me jam solitant. ¶ Cum accusativo & prepositione Inter. Cic. Sed hæc (ut spero) brevi inter nos communicabimus. ¶ Interdum præter prepositionem Inter, vel Cum, habet & alteram prepositionem De. Cic. famil. 15. Tum ut quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Idem Lent. famil. 1. Etenim Pompeium, qui mecum sapissimum non solum à me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sèpe in Senatu fuisse.

Communicāles, erant vasæ argentea, vel aurea, quorum inter communicandum usus fuit, quæ in stationibus præferebantur.

Commūnicātio, verbale. { καιροί, υπερβολή. GALL. Communication. ITAL. Communicatione. GERM. Gemeinschaft, mittheilung. HISP. Comunicacion. ANGL. The making of anything commone. } Cic. pro Cornel. Balb. Cujus autoritate & exemplo nunquam est intermissa à majoribus nostris largitio, & communicatio civitatis.

Commūnicātō rerum fungibilium, quia nihil aliud est, quam relatio: id est præceptor noster Zasius ( quem illustris Baro à Tantenbergo alicui commendat ob veterem ac bene fundatam peritiam, ac etiam anxiè diligentis censuram amplectitur) genus unum & gene-

ta tria in rebus fungilibus esse dixit. Quod Appellus candidissimus commendat ceu admodum vere & probè dictum, si ad diversitatem retuleris categoriarum. Altera communicatio est quasi cum his ipsis apud quos dicas, deliberatio. Communionem vide in constitutione translativa. Cic. de Orat. Communicatus, a, um. Gell. cap. 12. lib. 19. Illud dictum Virgilii habet formam communicatæ ultrò & citi significationis, id est, modò activæ, modò passivæ.

COMMŪRMVRō, as: Murmuro. { μουσικός. GALL. Murmurer avec autres, ou avec soy mesme. ITAL. Mormorare. GERM. Mumurmen. HISP. Murmurar. ANGL. To whisper or mutter with bin self or either. } Plin. lib. 3. cap. 23. Pythones comen vocant in Asia patensibus campis, ubi congregatae inter se commurmurant. Silius lib. 15. Claudio commurmuratore.

Commūrmürör, aris, deponens. Cic. ad Pisonem, Ita enim sunt prescriptæ scite & literate, ut scriba ad æarium qui eas retulit, per scriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perficiens commurmuratus sit, &c. Varro apud Non. cap. 7. Graci commurmuntur.

Commūrmüratio, nis, συμμεμερουσας, συμμοιχησας. Gell. lib. 11. c. 7. Commurmuratio fieri cepta est à plerisque qui aderant.

COMMŪTO, as: Muto, permuto. { ηλικη hechlip, תבש schanah, חמי hemir. אֲמָתָה, וְכָמָתָה. GALL. Changer, muer. ITAL. Mutare, commutare. GERM. Verändern / vertauschen / verwechseln. HISP. Trocar una cosa con otra. ANGL. To change, to barter. } quod sit quum una res pro alia datur: quumque quis alteri quod habet, concedit, ut aliud quipiam alsequatur. Cic. 5. Verr. Ut non modò eorum agris vestigal novum nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumatum, néve vendundis aut tempus, aut locum comutarent. Plin. in Epist. Librum tuum legi, & quæm diligentissime potui annotavi, qua commutanda, qua eximenda arbitrari. ¶ Commuto, de nuptiis dici Chrysostomus assertit hom. 74. in Matth. Audivi enim multos dicentes, commutavit ille, vel illa, id est, conjugio copulati sunt. Commuto pallium, Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5. Nomen commutet. Ibid. sc. 2. a. 1. Crebro status commutat. Idem Merc. sc. 2. a. 1. Ne malo cum auspicio nomen commutaveris. Idem Asin. sc. 2. a. 2. Tibi istuc (vae) promitto fore, nisi oculos & orationem commutas tibi (id est, alias comparas.) Inter se commutant vestem & nomina. Idem Capt. prolog. ¶ Commutare verba, μεταβασις λόγων, est pro bonis dictis mala ingerere, id est, iracundia in maledicta compelli, alterari, & jurgia habere, φιλοτικεῖν. Terent. in Andria, Nunquam hodie tecum commutatum patrem unum esse verbum. Idem in Andria, Ut est ille bonus vir, tria non commutabis hodie verba inter vos.

Commūtabili, e, quod facile mutatur. { טבנש mechuneh, מילאנוֹת. GALL. Qui se mue & change facilement. ITAL. Che si muta & cambia facilmente. GERM. Das sich leichtlich verändert und sieht manichbar. HISP. Cosa que se puede trocar con otra. ANGL. That is easily changea. } Cic. de Amic. Nam quum amicitiae vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus, qui fieri potest, si ne in uno quidem quoque unus animus erit, idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex?

Commūtabili, us, ui, verbale. { אֲמִילָה caliphaph. מילאנוֹת. GALL. Changement, mutation. ITAL. Mutatione, cambiamento, mutamento. GERM. Veränder / verwechsel / verändert. HISP. Trueco de una cosa con otra. ANGL. A changing. } Lucr. lib. 1.

— quapropter quoniam, que diximus ante

In commutatum veniunt.

Commūtatio, nis: Conversio, vicissudo. { חליפתialephah. אֲמָתָה. } Cæs. 5. bell. Gall. Propter crebras commutationes astuum. Commutations facere, i. communicate & colloqui. Gell. c. 2. lib. 17. Est & commutatio Rhetorum figura, de qua sic ad Heren. lib. 4. Commutatio est quum duæ sententiae inter se discrepantes ex translatione ita efficiuntur, ut à priore posterior contraria priori proficiantur, hoc modo: Esse oportet ut vivas, non vivere ut edas.

COMO, is, pli, ptum, significat comam compono, ornio. { צבנש hetik, בדבָה badhab, בְּתִיקָן tikken, הַכִּינָה hechin, פֶּרֶט peér. κοινός. GALL. Coiffers, orner, attiffer. ITAL. Ornare la chioma, comare. GERM. Dieren/ aufzumachen / das haar strälen. HISP. Encabellar, afeytar. ANGL. To comb, to decke. } Terentius in Heautont. Dum moluntur, dum comuntur, annus est. Ovid. 2. Amor.

Comere sed solas digna Cyppasi deas.

Tibull. lib. 1.

Nec nitidum parca compseris arte caput.

Linguæ & orationis comenda gratiâ, i. ornandæ. Gell. cap. 8. lib. 16.

Et comptius genus orationis. Sueton. in Calig. cap. 55.

Comptius, a, um: Ornatus, positus. { καταναχωματος. GALL. Ornément & artiffement. ITAL. Ornamento, acomciamento. GERM. Ziern/ auszumunzen / das haar strälen. HISP. Ataviado, polido. ANGL. Kembed, decked. } Plaut. in Mil. Capite compto, crines vittasque habebat. Virg. 10. Eneid.

Sanguine turpantem comptos de more capillos.

Lucan. lib. 10.

Quem forma confusa sua Cleopatra, sine ullis

Tristis adit lachrymis, simulatum compa dolorem, &c.

Unde diminutivum Comptulus, καπτοντις.

Comptus, us, verbale. { קְרָנְבָּן tiphebheth. καπτοντις, καπτοντ. GALL. Ornament & artiffement. ITAL. Ornamento, acomciamento. GERM. Ziern/ auszumunzen / das haar strälen. HISP. El atavio. ANGL. A kembing, decking. } ut, Virginæ comptus, apud Luct. lib. 1. id est, cultus puellæ.

COMOEDIA. { κωμωδία. GALL. Comedie. ITAL. Comedia, GERM. Ein comedy / ein scherispiel. HISP. Comedia, fabula fingida. ANGL. A comedy. } Fabulae genus, civilis privatæque vitæ imaginem velut in speculo representans: quemadmodum contraria in Tragœdia, regum præcipue & aulicorum mores depinguntur. Nam in Comœdia non nisi humiles, aut saltæ privatæ personæ: in Tragœdia vero præcipites, heroës, atque adeò dii ipsi introducuntur. Quod si in Comœdia deorum aut præcipitum personas contingat adimpleri, ex non propriæ Comœdia, sed Tragicomœdia appellantur. Ad hæc, in Comœdia turbulentum præcipitum læta ferè excepit

catastrophe: contrà, Tragœdiae tristissimus finis est exitus. ¶ Iisdem è literis Comœdia & Tragœdia componitur, in tamen tragœdia virtutis, et nescienciae. Convenit in eos, qui eadem operâ diversa possunt. ¶ Dicta est autem Comœdia, dñm τη κωμία, hoc est, à vicis, ut quidam volunt: propterea quod Atheniensibus nondum in urbem coactis, & adhuc per vias dispersis, prima poëmatis hujus rudimenta ab iis inventa creduntur: sive, ut alii malunt, à Como lascivie & comediationis deo, cui juvenus indulgens, ruda & inculta carmina profundebat: quibus quos videbatur, nominatum perstringebat. Veùn quum eo genere licentiae Poëtæ nimis petulant abuterentur, atque optimi cuiusque nomen invaderent, legi cautum est, ne hoc poëmatis genere cuiquam in posterum uti licet.

*Vertérunt ergo stylum (ut inquit Horatius) formidine fustis;*  
& in veteris Comœdia locum nova successit, in qua ficta argumenta tractare cœperunt, & humanae vita similitudinem, veluti penicillo quodam exprimere. Cic. i. Offic. Duplex omnino est jocandi genus, &c. Alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modò Plautus noster, & Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt. Idem de clar. Orat. Ejus improbitatem veteres Atticorum Comœdiæ notaverunt. Nugas theatri, verba quæ in Comœdiis solent lenoni dici. Plaut. Pseud. sc. 6. a. 4. Alio pacto quæ in aliis Comœdiis, ibid. sc. 8. lib. 4. Comœdiæ veterem sèpè exhibuisse Augustum. Suet. in Aug. cap. 88. Item Comœdiarum poëta. Gell. cap. 15. lib. 3.

Comœdiographus, Comicus poëta. Probus in Catholicis, Sic Plautus & antiqui comediographi. Fab. Victorinus in Rhetor. Cic. Nam ut propter negotia exponenda sumitur, quod est Comœdiographorum, vel Tragœdiographorum.

Comœdus, i. Actor Comœdiatum. { κωμῳδός. GALL. Joueur de Comœdies, ou l'Auteur qui les a faites. ITAL. Che recita le comedie. istrione. GERM. Der ein schavospil halt oder regiert. HISP. El representador de comedias. ANGL. A player of comedies. } Sicut Calliopius apud Terentium, & Q. Roscius apud Cicertonem. Facere Comœdum in pronunciando. Quint. lib. 2. cap. 12. Fieri Comœdum ex pessimo histrione. Cicer. pro Roscio Comœdo.

Comœcūs, Scriptor comœdiarum. { κωμῳδούς, κωμῳδε. GALL. Poète comique, l'auteur d'une comedie. ITAL. Compositore di comedie. GERM. Der einschavospil macht oder erdicht. HISP. El poëta o escritor de comedias. ANGL. A writer of comedies. } ut Terentius, & similis. Plin. lib. 13. cap. 1. Hoc erat celeberrimum Menandri poëtae comici aetate.

Comœcūs, a, um, adjectivum. { κωμῳδε. GALL. Comique, de comedie. ITAL. De comedie. GERM. Das zu eim schavospil gehört. HISP. Cosa perteneciente à las comedias. ANGL. Of a comedie. } ut, Comicus versus. Plin. lib. cap. 14. cap. 14. Artificium comicum. Cic. pro Rose. Comœdo, Nemo enim illum ex truncu corporis spectabat, sed ex artificio comicus estimabat. Hoc indignum est comicus coragio. Plaut. Capt. Prolog. Ut seivi comici solent conjiciam pallium. Ibid. sc. 1. a. 4. ¶ Res comica. Horat. in Arte.

*Versibus exponi tragicis res comica non vult.*

Comœdice, adverbium, significat mansuetè, suaviter, festinè. { κωμῳδῶς, Κωμῳδίας. GALL. Doucement, joyeusement, d'une maniere plaisante & facétieuse. ITAL. Mansuetamente, suavemente. GERM. Lieblich / schumpflich. HISP. A manera de comedie, suavemente. ANGL. Pleasantlie, meekelie. } sicut Tragœdicè, crudeliter. Plautus, Eugè altistis & dulce, & comedicè. Festus.

Comoda, hostiaria, Corrigo, Comoda ostiaria. Interprætatur ostiariam, quia nimirum ostiatum corrrogabatur. Comoda autem dicebatur, p. o. Commodatio, qualia sunt Abscisæ, Resona, Deduita, & talia. Comoda, id est, Commoda: corrupta scribendi ratione, quæ tunc obtinebat. Sic apud Vestium Valentem Florid. lib. 1. apturas ex aquis, itemque à reginis, aut regum familiaribus comoda. Et in Historia Australi, quæ res gestas complectitur Rudolphi, Adolphi, Albertique Cæsarum, ab anno 1276. usque ad 1503. circumquaque extra partes civitatis receperunt se cum equis suis, in cubiculis & stabulis & cameris, in stupi, de comodiis suis hominibus ejectis. Ne ergo miraberis in Isidoro Comoda scribi.

Comosandælos, ιηγούσιδελος, flos est quem notiore nomine Hyacinthum nominamus, ut tradit Pausanias: ex quo Hermionenes solennibus Chthoniæ deæ festis coronas complicabant.

Comofus, vide Coma.

Comotrix, { κομοτρίχη. GALL. Coësseuses, femmes qui ornent & attifent les cheveux, & font les pâsseillons aux filles. ITAL. Che ornano la chiome. GERM. Weiber die sich zieren und aufmuzen können. HISP. Las que aseyan la cabelladura. ANGL. A women which kembeth or frizeth heare. } Latinè complices dici possunt, vel ornatrixes, quæ ornanda come habent peritiam. Romæ Vestæ ministrae, auctore Festo, Comotrix dictæ fuerunt, quæ sex erant numero, ut singulae partes populi singulas haberent Sacrorum ministras.

Comotriōn, { κομοτρίχη. ANGL. Afrizzling yron. } Dicitur instrumentum quo comprices capillos adornant, Latinè Calamistum appellatur, vel Discerniculum. GALL. Fer, ou instrument à frizer les cheveux.

Compactus, Compactio, Compactilis, vide Compingo.

Compago, inis, || & sic quidem declinata proba vox est. { מחרת machéreth, בגד debek. κανάχια. GALL. Jointure, assemblément, assemblage. ITAL. Congiuntione. GERM. Zusammensetzung, zusammenfügung. HISP. Ayuntamiento. ANGL. A joining or knitting together. } Manil. i. Astron.

*Interdum equali laterum compagine duiles.*

Item,

*Aëream in nebulae clara compagine versus. ||*

Ovid. i. Metam.

*Atque ita disparibus calamis compagine cera*

*Intra se junctis nomen tentisse puerla.*

¶ Sen. epist. 14. ad Lucili. Flammarii violentia compaginem soli

tupit, sive vetustas. Hinc verbum Compaginare, quod vide. Dicitur & pro compago usitatus compages, id est, conjunctio, à compingo. ¶ Cic. de senect. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quadam necessitatis, & gravi opere perfungimur. Paucius, Salvete gemini mei compages languinis. Virg. i. Æneid.

— compagibus artis

Claudentur belli porta.

Compages Mundi. Cell. cap. 1. lib. 16. Compagibus omnibus aquam accipit navis. Liv. lib. 3. d. 4. Compagibus sellæ laxatis. Suet. in Aug. cap. 43.

Compagino, as: Conjungo, copulo. { ח'בְּחַבְּבֵר, בְּחַבְּבֵק. εναρθρώσαι. GALL. Conjoindre, joindre ensemble. ITAL. Congiungere, giungere insieme. GERM. Zusammen führen/in einander mieten. HISP. Ayuntar una cosa con otra. ANGL. To couple, joyne or knit together. } August. Ut autem simus membra ejas, unitas nos compaginavit. ¶ Compaginantes agri, qui se invicem tangunt. Frontin. de lim. agr. ||

Compagus, vel Compagium, est genus calceamenti, quo utebantur Diaconi Romani, vel quibus à Pontifice licentia dabantur.

Compär, Par. { כָּבֵד schavéh. יִתְּגַלְּגֵל. GALL. Pareil, égal, semblable. ITAL. Pari, simile, eguale. GERM. Gleich. HISP. Cosa igual à otra cosa. ANGL. Equall, alike. } Livius, Comparem cladem ad Ægates insulas Carthaginensium prælio navalı acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia cessere. Idem lib. 1. ab Vrb. Id enim demum compat connubium fore. ¶ Invenitur & Compar substantivum pro socio, seu conjugе. Plaut. in Cas. Meus socius, commatitus, villicus, id est, socius, vel æqualis. Plin. lib. 18. cap. 23. Conjuga fermè vagantur, nec nisi cum compare vita est. Compressiones artæ amantum compates ( alias Comparum. ) Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Hunc comparem metuo meum. Ibid. sc. 3. a. 4. Item comparati marte. Liv. lib. 6. d. 4. Rethores Compar id esse dicunt, quod duabus, aut pluribus sententiis brevibus, & inter se paribus exigunt, παίξαν. ¶ Compar item exornatio Rhetorica est, apud Authorem ad Herennium, quando membra orationis constant ferè ex pari numero syllabarum.

Comparabilis, Comparativus. Vide Compar.

